

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

LIBER QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

DIGESTE OU PANDECTES,

LIVRE QUARANTE-DEUXIÈME.

TITRE PREMIER.

DE LA CHOSE JUGÉE,

DE L'EFFET DES SENTENCES,

Et des Sentences interlocutoires.

1. *Modestin au liv. 7 des Pandectes.*

ON entend par chose jugée une cause qui est terminée par le prononcé du juge. Ce qui arrive par condamnation ou par absolution.

2. *Ulpien au liv. 6 sur l'Edit.*

Le juge ne termine pas toujours les causes dans le temps fixé par les lois, il abrège ce temps ou il le prolonge, suivant la qualité de la cause, l'importance de la demande, la docilité ou la contumace des parties; mais rarement la sentence est mise à exécution dans le temps fixé par les lois: par exemple s'il s'agit de prononcer sur une demande en alimens ou sur une restitution demandée par un mineur de vingt-cinq ans.

3. *Paul au liv. 17 sur l'Edit.*

Celui qui a l'autorité de condamner a aussi le pouvoir d'absoudre.

4. *Ulpien au liv. 58 sur l'Edit.*

L'action de la chose jugée ne sera point donnée contre le procureur, s'il ne s'est pas présenté, mais elle sera donnée contre le maître; si le procureur s'est présenté, elle sera donnée contre lui. Ce qu'on dit ici du procureur qui s'est présenté ne regarde point celui qui a été donné comme procureur dans une cause où il avoit lui-même intérêt; car il y a une autre raison particulière qui fait qu'il ne peut pas se soustraire à l'action de la chose jugée: c'est qu'on le regarde comme procureur dans sa propre cause, et non comme procureur dans la chose d'autrui.

TITULUS PRIMUS.

DE RE JUDICATA,

ET DE EFFECTU

Sententiarum, et de interlocutionibus.

1. *Modestinus lib. 7 Pandectarum.*

Res judicata dicitur, quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit. Quod vel condemnatione, vel absolutione contingit.

Definitio rei judicatae.

2. *Ulpianus lib. 6 ad Edictum.*

Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus judicati servat, sed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat, pro causæ qualitate, et quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia; sed perrarò intra statutum tempus sententiæ exequentur: veluti si alimenta constituantur, vel minori vigintiquinque annis subvenitur.

De tempore sententiæ exequentur.

3. *Paulus lib. 17 ad Edictum.*

Qui damnare potest, is absolvendi quoque potestatem habet.

De potestate condemnandi et absolvendi.

4. *Ulpianus lib. 58 ad Edictum.*

Si se non obtulit procurator, judicati actio in eum denegabitur, et in dominum dabitur: si se obtulit, in ipsum dabitur. Obtulisse autem se liti videtur non is, qui in rem suam procurator datus sit: nam hic alia ratione recusare judicati actionem non potest: quia hic non in alienam, sed in suam rem procurator factus est.

De domino et procuratore.

De tutore vel
procuratore.

§. 1. Tutor quoque, vel curator in ea conditione sunt, ut non videantur videri se liti obtulisse : idcircoque debet dene-gari in eos iudicati actio.

De municipa-
libus, et eorum
actora.

§. 2. Actor municipum potest rem iudicatam recusare : in municipes enim iudicati actio dabitur.

De solutione,
et satisfactione.

§. 3. Ait prætor, *Condemnatus ut pecuniam solvat*. A iudicatore ergo hoc exigitur, ut pecuniam solvat. Quid ergo, si solvere quidem paratus non sit, satisfacere autem paratus sit? quid dicimus? Et ait Labeo, debuisse hoc quoque adjici, *Neque eo nomine satisfaciatur*: fieri enim posse, ut idoneum expromissorem habeat. Sed ratio pecuniæ exigendæ hæc fuit, quod noluerit prætor obligationes ex obligationibus fieri. Idcirco ait, *ut pecunia solvatur*. Ex magna tamen, et idonea causa accedendum erit ad Labeonis sententiam.

§. 4. Si ex conventionem litigantium cautum sit post rem iudicatam ei cui quis condemnatus est, eveniet ut hic et retendatur, si modò novatio intercessit: cæterùm si non novandi causa id factum est, manebit ordo executionis. Sed et si pignora accepta sint, vel fidejussores in rem iudicatam, consequens erit dicere, non cessare executionem: quippe cum accesserit aliquid rei iudicatæ, non sit à re iudicata recessum. Idem observandum est in eo, cujus procurator condemnatus est.

De condemna-
to, ut intra cer-
tos dies solvat.

§. 5. Si quis condemnatus sit, *ut intra certos dies solvat*, unde ei tempus iudicati actionis compu- mus? Utrum ex quo sententia prolata est, an verò ex eo ex quo dies statutus præterit? Sed si quidem minorem diem statuerit iudex tempore legitimo, repleatur ex lege, quod sententia

1. Les tuteurs et curateurs sont aussi dans le cas d'être regardés comme ne s'étant pas présentés : ainsi on ne donnera point contre eux l'action de la chose jugée.

2. Le syndic d'une communauté d'habitans peut se soustraire à l'action en exécution de la chose jugée qu'on intenteroit contre lui ; elle doit être dirigée contre les habitans.

3. Le prêteur dit : Je donnerai action pour forcer celui qui est condamné à payer. Ainsi on exige de celui qui est jugé qu'il paye. Que faut-il donc dire s'il n'est pas prêt à payer en argent, mais qu'il offre de satisfaire de quelqu'autre manière? Labéon dit qu'il falloit ajouter à la formule du prêteur ces mots, ou si le condamné refuse de satisfaire : car il peut arriver qu'il ait un bon obligé à donner à sa place. Mais la raison qui a engagé le prêteur à exiger que le paiement de la chose jugée se lit en argent, c'est qu'il n'a pas voulu faire naître d'une obligation une nouvelle obligation. Ainsi il a dit sagement qu'il donneroit action pour faire payer en argent : ce qui n'empêche pas qu'on ne puisse adopter le sentiment de Labéon pour de grandes et justes causes.

4. Si les parties sont convenues entre elles de se donner de bonnes sûretés pour l'exécution de la chose jugée, on pourra se ranger du parti de Labéon en faveur du condamné, pourvu que la sûreté promise se fasse avec novation ; car si on n'a point eu intention de contracter une obligation nouvelle, on suivra l'ordre prescrit pour l'exécution. Si les parties se sont donné des gages ou des répondans pour la sûreté de l'exécution de la chose jugée, l'ordre de l'exécution sera toujours le même ; parce qu'en ajoutant un accessoire à la sûreté de cette exécution, on n'est pas censé se départir du droit qu'on a de faire exécuter à l'ordinaire. Il faut dire la même chose à l'égard de celui qui a été condamné dans la personne de son procureur.

5. Si on est condamné à payer dans certains jours, de quel temps courra l'action en exécution de la chose jugée? Est-ce du jour de la prononciation de la sentence, ou du moment que le temps fixé en général pour l'exécution des sentences sera écoulé? Si le juge a fixé pour le paiement

un terme plus court que celui qui est établi par la loi pour l'exécution des sentences, il faudra suppléer ce qui manque à la sentence du juge. Mais s'il a fixé un temps plus long, on accordera au condamné et le temps fixé par la loi et celui que le juge lui aura donné de plus.

6. Nous entendons ici par condamné, celui qui a été condamné légitimement, et par une sentence valable. Car si la sentence est nulle par quelque raison, celui contre lequel on aura jugé ne pourra pas être compris sous ce mot condamné.

7. On est censé avoir payé non-seulement quand on a payé réellement, mais encore quand on s'est libéré de quelque manière que ce soit de l'obligation à laquelle le juge-ment a donné lieu.

8. Celse écrit que si ayant été condamné dans une instance noxale, vous avez abandonné pour réparation du tort un esclave, sur lequel un autre avoit un droit d'usufruit, vous êtes toujours soumis à l'action en exécution de la chose jugée. Mais si l'usufruit vient à s'éteindre vous en êtes libéré.

5. *Le même au liv. 59 sur l'Edit.*

L'édit du prêteur porte, la chose jugée par celui qui a juridiction en cette matière. Le prêteur eût mieux fait de dire par celui qui a droit de connoître en cette matière; parce qu'alors son édit comprendroit les juges qui, sans avoir juridiction, ont droit de connoître de certaines matières.

1. Si le juge a prononcé qu'un tel remettra à Titius ce qu'il a reçu de Mævius par testament ou codicille, c'est comme s'il avoit fixé la somme laissée par testament ou codicille. Il en est de même s'il a prononcé en général qu'il rendroit à Titius un fidéicommis laissé sans écrit.

6. *Le même au liv. 66 sur l'Edit.*

Un militaire qui a servi et qui a eu son congé ne peut être forcé à exécuter une condamnation prononcée contre lui que jusqu'à concurrence de ses facultés.

1. Celui qui est condamné à donner une somme, si mieux il n'aime abandonner l'esclave ou la bête qui a causé le dommage, est tenu, par l'action en exécution de la chose jugée, à payer la somme; parce que c'est de la loi qu'il tient la faculté d'aban-

Tome VI.

tiæ judicis deest. Sin autem amplio-rem numerum dierum sua definitione judex amplexus est, computabitur reo et legitimum tempus, et quod supra id judex præstitit.

§. 6. *Condemnatum accipere debemus eum qui ritè condemnatus est, ut sententia valeat. Cæterum si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicendum est condemnationis verbum non tenere.*

Condemnatus quomodo accipitur.

§. 7. *Solvisse accipere debemus, non tantum eum qui solvit, verum omnem omnino qui ea obligatione liberatus est, quæ ex causa judicati descendit.*

Solvisse quomodo accipitur.

§. 8. *Celsus scribit, si noxali condemnatus, eum servum in quo ususfructus alienus est, noxæ dedisti, posse tecum adhuc agi judicati. Sed si ususfructus interierit, liberari ait.*

De judicio noxali.

5. *Idem lib. 59 ad Edictum.*

Ait prætor, Cujus de ea re jurisdictionis est. Melius scripsisset, Cujus de ea re notio est: etenim notionis nomen etiam ad eos pertineret, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem.

De notionis et jurisdictionis.

§. 1. *Si judex aliquem sic condemnet, ut quod habet ex testamento, vel codicillis Mævii, restitueret Titio: sic accipiendum est, quasi quantitatem nominavit, quæ testamento, vel codicillis relicta est. Sed et si fideicommissum sine scriptura pronunciatum, idem erit probandum.*

De quantitate non expressa in condemnatione.

6. *Idem lib. 66 ad Edictum.*

Miles, qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus quæ facere potest, cogitur solvere.

De milite.

§. 1. *Decem aut noxæ dedere condemnatus, judicati in decem tenetur: facultatem enim noxæ dedendæ ex lege accipit. At is qui stipulatus est decem, aut noxæ dedere, non potest decem petere: quia in stipulatione singula per se veniunt,*

De judicio noxali.

eaque singula separatim stipulari possumus, at iudicium solius noxæ deditio nullum est, sed pecuniariam condemnationem sequitur: et ideò iudicati decem agitur. His enim solis condemnatur: noxæ deditio in solutione est, quæ è lege tribuitur.

De eo qui iudicati bona auctoritate sua distraxit.

§. 2. Qui iudicati bona auctoritate sua distraxit: furti actione, et vi bonorum raptorum ei tenetur.

De tempore iudicati actionis. Quid persequatur. De hereditibus.

§. 3. Iudicati actio perpetua est, et rei persecutionem continet: item heredi et in heredem competit.

7. *Gaius lib. ad Edictum prætoris urbani, titulo de re iudicata.*

De tempore, quod datur iudicatis.

Intra dies constitutos, quamvis iudicati agi non possit, multis tamen modis iudicatum liberari posse, hodie non dubitatur: quia constitutorum dierum spatium pro iudicato, non contra iudicatum per legem constitutum est.

8. *Paulus lib. 5 ad Plautium.*

De interitu rei ex stipulatu petitæ.

Si homo ex stipulatu petitus post litem contestatam decesserit, absolutionem non faciendam, et fructuum rationem habendam placet.

9. *Pomponius lib. 5 ex Plauto.*

De furioso.

Furioso sententia à iudice vel ab arbitro dici non potest.

10. *Marcellus lib. 2 Digestorum.*

De eo qui se patrem familias finxit.

Qui cum se pro patrefamilias fingeret, mutuam pecuniam accepit, et exheres à patre vel emancipatus sit, quamvis fa-

donner l'esclave ou la bête. Mais si un particulier avoit engagé un autre par stipulation à lui fournir telle somme ou à abandonner, il ne pourroit pas demander la somme; parce que la stipulation comprend chacune de ces deux choses en particulier, et qu'on a pu les stipuler séparément. Au lieu qu'un jugement qui ne prononceroit que l'abandonnement de la chose qui a causé le dommage seroit nul, mais il doit être suivi d'une condamnation à une somme d'argent, et c'est relativement à cette somme qu'on intente l'action en exécution de la chose jugée. Car la condamnation ne tombe que sur cette somme, l'abandonnement est une espèce de paiement qui vient de la loi.

2. Celui qui vend de sa propre autorité les biens d'un homme qui est condamné envers lui, est tenu vis-à-vis de celui qu'il a dépouillé de l'action simple du vol, et de l'action du vol avec violence.

3. L'action en exécution de la chose jugée est perpétuelle et persécutoire de la chose; elle a lieu pour et contre l'héritier.

7. *Gaius au liv. sur l'Edit du préteur urbain, titre de la chose jugée.*

On ne doute point aujourd'hui que celui qui est condamné par un jugement ne puisse se libérer de plusieurs manières pendant le temps prescrit pour l'exécution des jugemens, quoique pendant ce temps on ne puisse pas intenter contre lui l'action en exécution de la chose jugée; parce que la fixation que la loi a faite de ce temps est en faveur de celui qui est condamné et non pas contre lui.

8. *Paul au liv. 5 sur Plautius.*

Si un esclave qu'on demande comme dû en vertu d'une stipulation meurt après la contestation en cause, le défendeur ne sera pas pour cela renvoyé absous, et on ordonnera dans le jugement la restitution des fruits.

9. *Pomponius au liv. 5 sur Plautius.*

Un juge ou un arbitre ne peuvent pas prononcer de jugement contre un furieux.

10. *Marcellus au liv. 2 du Digeste.*

Un fils de famille qui se faisoit passer pour père de famille a emprunté de l'argent: il a été déshérité ou émancipé par son père;

quoiqu'il ne soit pas en état de payer, il doit y être condamné.

11. *Celse au liv. 5 du Digeste.*

J'ai stipulé qu'on me feroit un ouvrage aux calendes (de juillet). En quelque temps que le jugement soit prononcé le juge doit condamner aux intérêts à raison de l'intérêt que j'ai que mon ouvrage ait été fait précisément aux calendes de juillet. Car, à compter de ce temps, je n'ai d'autre intérêt dont on puisse faire l'estimation que de ce que je pourrai être payé plus tard.

12. *Marcellus au liv. 4 du Digeste.*

Dans les condamnations prononcées en matière de prêt et de dépôt, quoique celui qui est condamné à payer l'estimation ait cessé par mauvaise foi de posséder la chose, le propriétaire, en recevant l'estimation prononcée, est toujours obligé par équité de lui céder toute action qu'il auroit pour revendre la chose.

13. *Celse au liv. 6 du Digeste.*

Je stipule de quelqu'un une somme de dix, et d'un autre qu'il me donnera caution pour sûreté de cette créance. Si celui qui a promis de donner caution est actionné, le juge doit estimer quel intérêt a le stipulateur à ce qu'on lui donne caution. Cet intérêt peut égaler la somme due, être moindre, ou même nul : car on ne doit pas faire attention à des terreurs paniques. Si la dette est payée, le stipulateur n'a plus d'intérêt qu'on puisse estimer ; et s'il en a payé une partie, l'estimation de son intérêt décroît à proportion de ce qui a été payé.

1. Si quelqu'un s'engage à garantir et indemniser le stipulateur de tout dommage, et qu'il l'empêche d'en souffrir aucun, il fait ce qu'il a promis. S'il ne s'oppose pas à ce qu'il souffre du dommage, comme il ne fait pas ce qu'il a promis, il sera condamné à payer une somme : comme il arrive dans toutes les obligations qui consistent à faire.

14. *Le même au liv. 25 du Digeste.*

Le prêteur peut réformer, détruire, renouveler les sentences interlocutoires qu'il a prononcées. Il n'en est pas de même des sentences définitives.

15. *Ulpian au liv. 3 du Devoir du consul.*

L'empereur Antonin a décidé dans un rescrit adressé aux magistrats du peuple Ro-

tere non possit, debet condemnari.

11. *Celsus lib. 5 Digestorum.*

Si kalendis fieri aliquid stipulatus sum, nempe quandocunque post kalendas accepto iudicio, tanti tamen æstimanda lis est, quanti interfuit mea kalendis id fieri. Ex eo enim tempore quicquid æstimatur, quod novissimè solvi poterit.

De æstimatione.

12. *Marcellus lib. 4 Digestorum.*

In depositi vel commodati iudicio, quanquam dolo adversarii res absit, condemnato succurri solet, ut ei actionibus suis dominus cedat.

De deposito et commodato.

13. *Celsus lib. 6 Digestorum.*

Si quis ab alio decem, ab alio satisfacere stipulatus est : æstimandum erit, quantum stipulatoris intersit satisfacere. Idque aut tantundem erit, aut minus, aut interdum etiam nihil : neque enim vani timoris ulla æstimatio est. Verùm sorte soluta, nullum jam pretium æstimationis est : aut quantum ex sorte fuerit solum, tantundem ex æstimatione decedet.

De obligationibus faciendi.

§. 1. Si quis promiserit prohibere se, ut aliquod damnum stipulator patietur, et faciat : neque ex ea re damnum stipulator patietur et faciat : ita habeatur facit quod promisit. Si minus, quia non facit quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur : sicut evenit in omnibus faciendi obligationibus.

14. *Idem lib. 25 Digestorum.*

Quod iussit, vetuitve prætor, contrario imperio tollere et repetere licet : de sententiis contra.

De mutatione sententiæ.

15. *Ulpianus lib. 3 de Officio consulis.*

A divo Pio rescriptum est, magistratus populi Romani, ut iudicium à se dato-

Quis sententiam exequatur.

rum vel arbitrorum sententiam exsequantur hi, qui eos dederunt.

§. 1. Sententiam Romæ dictam, etiam in provinciis posse præsidem, si hoc jussi fuerint, ad finem persequi, imperator noster cum patre rescripsit.

De pignoribus capiendis, et distrahendis,

§. 2. In venditione itaque pignorum captorum facienda, primò quidem res mobiles animales pignori capi jubent, mox distrahi. Quarum pretium si suffecerit, bene est: si non suffecerit, etiam soli pignora capi jubent, et distrahi. Quòd si nulla moventia sint, à pignoribus soli initium faciunt. Sic denique interloqui solent, *si moventia non sint, ut soli quoque capiantur*: nam à pignoribus soli initium faciendum non est. Quòd si nec quæ soli sunt, sufficiant, vel nulla sint soli pignora, tunc pervenietur etiam ad jura. Exsequuntur itaque rem judicatam præsidem isto modo.

Vel victori addicendis.

§. 3. Si pignora quæ capta sunt, emptorem non inveniant, rescriptum est ab imperatore nostro, et divo patre ejus, ut addicantur ipsi cui quis condemnatus est. Addicantur autem utique ea quantitate quæ debetur. Nam si creditor maluerit pignora in creditum possidere, iisque esse contentus: rescriptum est, non posse eum, quod amplius sibi debetur, petere: quia velut pacto transegisse de credito videtur, qui contentus fuit pignora possidere: nec posse eum in quantitatem certam pignora tenere, et superfluum petere.

Si rerum, quæ pignoris jure captæ sunt, controversia fiat.

§. 4. Si rerum quæ pignoris jure captæ sunt, controversia fiat: constitutum est ab imperatore nostro, ipsos qui rem judicatam exsequantur, cognoscere debere de proprietate: et si cognoverint ejus fuisse qui condemnatus est, rem judicatam exsequantur. Sed sciendum est summam eos cognoscere debere: nec sen-

main, que les sentences portées par des juges délégués, ou par des arbitres, devoient être mises à exécution par l'autorité de ceux qui avoient nommé les juges ou les arbitres.

1. Notre empereur et son père ont décidé que les présidens des provinces pouvoient mettre à exécution dans leurs provinces une sentence portée à Rome, si cela étoit ainsi ordonné.

2. Ainsi, lorsqu'il s'agit, pour l'exécution d'une sentence, de vendre les biens du débiteur, on ordonne de saisir d'abord les choses mobilières qui ont vie et de les vendre. Si le prix suffit pour payer, à la bonne heure; s'il ne suffit pas, on ordonne la saisie et la vente des immeubles; s'il n'y a point de mobilier, on ordonne d'abord la saisie des immeubles. Voici même comment les juges rendent en pareil cas leur sentence interlocutoire: Nous ordonnons que s'il n'y a pas de mobilier, on saisisse aussi les fonds: car il ne faut pas commencer par saisir les fonds. Si les fonds saisis ne suffisent pas pour payer, ou si le débiteur n'a point de fonds, il sera saisi et exécuté dans les créances qu'il peut avoir. Tel est donc l'ordre que doivent suivre les présidens des provinces dans l'exécution d'une sentence.

3. Si les biens saisis ne trouvent point d'acheteur, notre empereur et son père ont décidé dans un rescrit qu'ils seroient adjugés à celui au profit de qui la condamnation a été prononcée. Mais on les lui adjuge à concurrence de la somme qui lui est due. Car si le créancier se contente de l'effet saisi pour sa créance, il est décidé qu'il ne peut rien demander davantage, et qu'il paroît avoir transigé sur ce qui lui étoit dû, puisqu'il s'est contenté de l'effet saisi, et qu'il ne peut plus dire qu'il ne l'a pris que pour sûreté d'une partie de sa créance et former une nouvelle demande pour le reste.

4. S'il s'élève quelque contestation sur les effets saisis, notre prince a décidé que les juges chargés de l'exécution de la sentence doivent connoître de la propriété; et s'ils jugent qu'elle appartient à la partie saisie, ils doivent continuer l'exécution de la sentence sur ces effets. Mais il faut observer qu'ils doivent connoître de cette cause som-

mairement, et que leur sentence ne peut pas préjudicier au débiteur, dans le cas où ils prononceroient que la saisie ne peut pas tenir sur cette chose comme étant à celui qui élève la contestation, et non à celui sur qui elle a été saisie. Par la même raison celui à qui la chose est remise n'en acquiert pas à l'instant la propriété en vertu de la sentence qui ordonne qu'elle lui sera remise : elle pourra être revendiquée sur lui dans la forme ordinaire. Ainsi cette sentence laissant les choses entières, lui donnera seulement lieu d'acquérir la chose par prescription. Mais on doit décider que dans le cas où on élève ainsi une contestation sur un effet saisi, il faut abandonner celui-là et en saisir un autre sur lequel il n'y ait pas de difficulté.

5. Si l'effet saisi sur la partie a été par elle engagé, il faut voir si on peut le vendre, de manière qu'en payant sur le prix le créancier à qui il a été engagé, on puisse employer ce qui restera à l'exécution de la chose jugée. Et quoiqu'on ne puisse pas forcer un créancier qui a reçu une chose en gage à la vendre, on peut cependant, lorsqu'on l'a saisie sur le débiteur, la garder jusqu'à l'exécution de la chose jugée, afin que si on trouve un acquéreur prêt à payer le premier créancier et à fournir le reste du prix, on puisse vendre la chose. Cela ne fait aucun tort au premier créancier, puisqu'il doit recevoir ce qui lui est dû, et qu'il n'abandonne son droit de gage que sous la caution qu'on lui donne de le payer le premier sur le prix provenant de la vente de l'effet.

6. Si, après l'adjudication de l'effet saisi, on élève quelque difficulté à l'acquéreur, sera-ce le juge qui a été chargé de l'exécution de la sentence qui connoitra de cette nouvelle contestation? Je ne le pense pas; parce que l'acquisition étant consommée, la chose est aux risques de l'acquéreur. Il n'est au moins pas douteux que dès que l'acquéreur aura été mis en possession, la fonction du juge chargé de l'exécution de la sentence est absolument finie. Il faut dire la même chose dans le cas où l'effet saisi auroit été adjugé à celui en faveur de qui la condamnation a été prononcée.

7. Mais supposez que l'acquéreur à qui

tentiam eorum posse debitori præjudicare, si fortè hi dimittendam eam rem putaverint, quasi ejus sit, qui controversiam movit, non ejus cujus nomine capta est: nec eum cui restituta est, statim habere per sententiam debere, si fortè jure ordinario cœperit ab eo res peti. Sic evenit, ut omnibus integris tantum capioni res judicata proficiat. Sed illud debet dici, ubi controversia est de pignore, id dimitti debere, et capi aliud, si quod est siue controversia.

§. 5. Quòd si res sit pignorata, quæ pignori capta est, videndum est, an sic distrahi possit, ut dimisso creditore, superfluum in causam judicati convertatur. Et quanquam non cogatur creditor rem quam pignori accepit, distrahere, tamen in judicati executionem servatur, ut si emptorem invenerit res quæ capta est, qui dimisso priore creditore superfluum solvere sit paratus, admittenda sit hujus quoque rei distractio. Nec videtur deterior conditio creditoris fieri suum consecuturi, nec prius jus pignoris dimissuri, quam si ei fuerit satisdatum.

Si res sit pignorata, quæ pignore capta est.

§. 6. Si post addictum pignus aliqua controversia emptori moveatur, an sit cognitio ejusdem judicis qui sententiam executus fuerit, videndum est? Et cum semel emptio perfecta sit, ejusque qui comparavit, periculum vertatur, non puto locum esse cognitioni. Certè, posteaquam inductus est emptor in possessionem, nonne cessabunt partes eorundem judicium? Idemque et si ipsi, cui quis judicatus est, res fuerit addicta.

Si controversia emptori moveatur.

§. 7. Sed si emptor cui pignora sunt

Si emptor pretium non solvat.

addicta exsequente iudice, pretium non solvat: utrum adversus emptorem porrigere manus debeant iidem iudices qui sententiam exequantur, videndum est? Et non puto eos ultra procedere. Cæterum longè res abibit. Quid enim dicemus? Condemnabunt emptorem, et sic exequentur adversus eum sententiam? An statim pro iudicato habebunt? et quid, si neget se emisse, aut exsolvisse contendat? Melius igitur erit, si non se interponat: maximè cum nec habeat actionem adversus eum is cui iudicatum fieri desideratur, nec injuria afficietur. Oportet enim res captas pignori, et distractas, præsentì pecunia distrahi, non sic, ut post tempus pecunia solvatur. Certè si se interponant, hactenus debebunt intervenire, ut ipsam rem addictam capiant, et distringant, quasi non vinculo pignoris liberatam.

De nominibus. §. 8. Sic quoque iudices exequentur iudicatum, ut nomina jure pignoris capiant, si nihil aliud sit quod capi possit: posse enim nomen jure pignoris capi, imperator noster rescriptis.

§. 9. Sed utrum confessum nomen tantum capi possit, an etiam si neget quis se debere, videamus? Et magis est ut id duntaxat capiat, quod confitetur. Cæterum si negetur, æquissimum erit discedi à nomine: nisi fortè quis exemplum secutus corporalium pignorum, ultra processerit, dixeritque ipsos debere iudices de nomine cognoscere, ut cognoscunt de proprietate: sed contra rescriptum est.

§. 10. Item quid dicemus? utrum ipsi iudices convenient nomen, exigentque id quod debetur, et in causam iudicati convertent: an verò vendent nomen, ut pignora corporalia solent? Et necesse est, ut quod eis facilius videatur ad rem exsequendam, hoc faciant.

les effets saisis ont été adjugés ne paye pas, seroit-ce les mêmes juges qui ont été chargés de l'exécution de la sentence qui étendront leur juridiction sur cet acquéreur? Je ne crois pas que leurs fonctions s'étendent jusque-là. Autrement il y aura un progrès à l'infini. Car condamneront-ils l'acquéreur, et exécuteront-ils la sentence contre lui? ou le regarderont-ils comme déjà condamné? Mais ne peut-il pas arriver qu'il n'ait pas acheté ou qu'il soutienne avoir payé? Il sera plus à propos que le juge chargé de l'exécution de la sentence ne se mêle pas de cette affaire, d'autant plus que celui au profit de qui la condamnation a été prononcée n'a pas d'action contre l'acquéreur, et ne souffre aucun tort; parce qu'il faut que les effets saisis et vendus en justice soient vendus argent comptant, et non à la charge de payer dans certain terme. Au surplus, si le juge de l'exécution veut se mêler de cette affaire, il ne le peut faire qu'en saisissant la chose adjugée et la vendant comme n'étant pas encore hors des liens de la première saisie.

8. Les juges pourront aussi exécuter la chose jugée en saisissant sur le débiteur des billets de créances, s'il n'y a pas autre chose à saisir: car notre prince a décidé dans un rescrit qu'un billet de créance étoit saisissable.

9. Mais ne peut-on saisir qu'une créance reconnue par le débiteur? ou peut-on saisir même un billet que le débiteur ne reconnoît pas? Il est plus juste de décider qu'on ne peut saisir qu'un billet de créance reconnue. Si le débiteur n'avoue pas la dette, il faut abandonner ce billet dans la saisie; à moins qu'à l'exemple de la saisie des meubles (réclamés par un tiers), on ne dise que les juges doivent connoître du fond du billet, comme ils connoissent de la propriété du meuble saisi; mais le contraire a été décidé dans un rescrit.

10. Il faut encore savoir si les juges chargés de l'exécution de la chose jugée actionneront eux-mêmes le débiteur de la partie saisie, et exigeront de lui le contenu au billet, ou s'ils vendront ce billet à l'instar des meubles saisis. Il est nécessaire de décider qu'ils feront à cet égard ce qui leur paroîtra le plus convenable pour parvenir à l'exécution de la chose jugée.

11. Si la partie condamnée a de l'argent entre les mains des banquiers, on pourra le saisir. Il y a plus, s'il se trouve de l'argent en quelque main que ce soit, lequel soit destiné à être donné à la partie condamnée, on peut le saisir entre les mains de celui qui l'a, et s'en servir pour l'exécution de la chose jugée.

12. On prend encore pour l'exécution de la chose jugée l'argent mis en dépôt, ou renfermé dans un coffre au nom de la partie condamnée. Il y a plus, quand ce seroit des deniers d'un pupille mis en bourse pour en faire à son profit l'achat d'un immeuble, celui qui est chargé de l'exécution d'une sentence par laquelle ce pupille a été condamné est dans l'usage de saisir ces deniers, même sans en obtenir la permission du prêteur, et de les employer pour l'exécution de la chose jugée.

16. *Le même au liv. 63 sur l'Edit.*

Il y a des personnes qui ne peuvent être actionnées que jusqu'à concurrence de ce qu'elles peuvent fournir, et on compte leurs facultés telles qu'elles sont sans faire déduction des autres dettes qu'elles peuvent avoir. Voici quelles sont ces personnes : un associé actionné pour cause de la société ; ce qu'il faut entendre d'un associé général de tous les biens. Il en est de même des ascendans.

17. *Le même au liv. 10 sur l'Edit.*

Il en est de même du patron, de la patronne, de leurs enfans et de leurs ascendans. De même le mari actionné en restitution de dot, n'est obligé qu'à fournir ce qu'il peut.

18. *Le même au liv. 66 sur l'Edit.*

Les militaires qui ont reçu leur congé ne peuvent être exécutés que suivant leurs facultés.

19. *Paul au liv. 6 sur Plautius.*

Entre plusieurs créanciers à qui il est dû au même titre, la condition de celui qui se trouve nanti est la plus favorable. On ne fait point déduction de ce qui peut être dû aux personnes de la même condition, comme on l'observe dans l'action de *peculio* : car ici on préfère celui qui est

§. 11. Sed et si pecunia penes argentarios sit, æquè capi solet. Hoc amplius et si penes alium quem, destinata tamen ei qui condemnatus est, solet pignoris jure capi, et converti in causam judicati.

De pecunia, quæ penes argentarium, vel alium est.

§. 12. Præterea pecuniam quoque depositam nomine condemnati, vel in arcam reclusam solent capere, ut judicato satisfiat. Hoc amplius, et si pupillaris pecunia in arcam reposita sit ad prædiorum comparisonem, et citra permissionem prætoris ab eo qui exsequitur judicatum, solet capi, et in causam judicati converti.

De pecunia deposita, vel reposita.

16. *Idem lib. 63 ad Edictum.*

Sunt qui in id quod facere possunt, conveniuntur, id est, non deducto ære alieno. Et quidem sunt hi ferè, qui pro socio conveniuntur : socium autem omnium bonorum accipiendum est. Item parentes.

De his qui non insolidum conveniuntur.

17. *Idem lib. 10 ad Edictum.*

Patronus patrona, liberique eorum, et parentes. Item maritus de dote in id quod facere potest, convenitur.

18. *Idem lib. 66 ad Edictum.*

Item miles, qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus quatenus facere potest, cogitur solvere.

19. *Paulus lib. 6 ad Plautium.*

Inter eos quibus ex eadem causa debetur, occupantis melior conditio est : nec deducitur quod ejusdem conditionis hominibus debetur : sicuti fit in de peculio actione : nam hic occupantis melior est causa. Sed et si cum patre patronove agetur, non est deducendum æs alienum :

maximè quod ejusdem conditionis personis debebitur, ut liberis, libertis.

§. 1. Is quoque qui ex causa donationis convenitur, in quantum facere potest, condemnatur, et quidem is solus deducto ære alieno. Et inter eos quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa. Imò nec totum quod habet, extorquendum ei puto: sed et ipsi ratio habenda est, ne egeat.

20. *Modestinus lib. 2 Differentiarum.*

Non tantùm dotis nomine maritus, in quantum facere possit, condemnatur: sed ex aliis quoque contractibus ab uxore judicio conventus, in quantum facere potest condemnandus est ex divi Pii constitutione. Quod et in persona mulieris æqualitate servari æquitatis suggerit ratio.

21. *Paulus lib. 6 ad Plautium.*

Sicut autem cum marito agitur, ita et cum socero, ut non ultra facultates damnetur. An si cum socero ex promissione dotis agatur, in id quod facere potest, damnandus sit? Quod et id æquum esse videtur: sed alio jure ulimur, ut et Neratius scribit.

22. *Pomponius lib. 21 ad Quintum Mucium.*

Sed hoc ita accipiendum est, si à socero dos ex promissione petatur soluto matrimonio. Verùm si manente matrimonio dos ab eo petatur, succurrendum utique est, ut ne majoris summæ condemnetur, quàm quantum facere potest.

§. 1. Quod autem de sociis dictum est, ut et hi in quantum facere possint condemnentur, causa cognita se facturum prætor edicit. Causæ cognitio autem in hoc erit, ut neganti se socium esse, aut ex doli clausula obligato non succurratur.

nanti. Si un fils actionne son père, ou un affranchi son patron, on ne doit pas faire déduction de ce qu'il doit à d'autres personnes de la même condition, comme à d'autres enfans, à d'autres affranchis.

1. Le donateur actionné en vertu de sa donation n'est condamné que jusqu'à concurrence de ce qu'il peut faire; et il est le seul à l'égard duquel on compte les facultés déduction faite des dettes. S'il doit à plusieurs par donation, le plus diligent sera préféré. Je pense même qu'on ne peut pas en ce cas lui ôter absolument tout ce qu'il a, mais qu'on doit avoir égard de lui laisser de quoi vivre.

20. *Modestin au liv. 2 des Différences.*

Ce n'est pas seulement en cas de restitution de dot qu'un mari ne peut être condamné que jusqu'à concurrence de ses facultés, la même chose a lieu, d'après une ordonnance de l'empereur Antonin, quand il est actionné par sa femme en vertu de quelque contrat que ce soit. L'équité demande qu'on observe la même égalité quand la femme est actionnée par son mari.

21. *Paul au liv. 6 sur Plautius.*

Ce qu'on a dit du mari doit s'appliquer au beau-père, qui ne peut pas être condamné au-delà de ses facultés. Mais si un gendre actionne son beau-père pour lui faire payer une dot qu'il lui a promise, dira-t-on que le beau-père ne doit être condamné que jusqu'à concurrence de ses facultés? L'équité paroîtroit le demander; mais on juge le contraire, comme l'écrit Nératius.

22. *Pomponius au liv. 21 sur Quintus-Mucius.*

Néanmoins ceci doit s'entendre du cas où on demande une dot à un beau-père après la dissolution du mariage de sa fille. Car si on l'actionne pendant le mariage on doit venir à son secours, et ne le condamner qu'à concurrence de ses facultés.

1. Par rapport à ce qu'on a dit des associés, qu'ils ne pourroient être condamnés que jusqu'à concurrence de leurs facultés, le préteur dit dans son édit qu'il en usera ainsi en connoissance de cause; parce qu'il se réserve dans la connoissance de cause de ne pas venir au secours d'un associé qui auroit

auroit faussement prétendu n'être pas en société, ou contre lequel l'action en société seroit intentée à raison de ses fraudes.

23. *Paul au liv. 6 sur Plautius.*

Si on actionne le fondé de procuration du mari en restitution de dot, et que la condamnation intervienne du vivant du mari, elle ne pourra être faite que jusqu'à concurrence des facultés du mari : car celui qui se chargeroit de défendre un mari sur cette action ne pourroit être condamné lui-même que jusqu'à concurrence des facultés du mari. Mais si la condamnation est prononcée après la mort du mari, elle embrasse toute la dot.

24. *Pomponius au liv. 4 sur Plautius.*

S'il y a un répondant ou pour la dette ou pour la sûreté de l'exécution de la chose jugée, il ne pourra pas se servir du bénéfice qu'à le principal obligé, de ne pouvoir être condamné que jusqu'à concurrence de ses facultés.

1. Si le mari est insolvable, il peut se servir du privilège qu'il a de ne pouvoir être condamné au-delà de ses facultés : car ce privilège est accordé à sa personne, mais son héritier n'en pourroit pas profiter.

25. *Paul au liv. 60 sur l'Edit.*

Il faut observer que les héritiers des personnes qui ont le privilège de ne pouvoir être condamnées que jusqu'à concurrence de leurs facultés ne profitent pas de ce privilège, et qu'ils sont tenus pour le tout.

26. *Ulpian au liv. 77 sur l'Edit.*

Si les parties sont convenues ensemble du jugement qu'on pourroit prononcer entre elles, il n'y a point d'inconvénient que le juge se conforme à leurs désirs.

27. *Modestin au liv. 1 des Réponses.*

Un président d'une province a condamné une partie aux intérêts des intérêts de la somme due, et cela contre les lois et les ordonnances. Lucius-Titius a appelé de cette sentence injuste du président. Mais, comme son appel est vicieux dans la forme, je demande si on peut toujours exiger la condamnation ? J'ai répondu que si le jugement condamnoit à une somme fixée, je ne voyois rien dans l'espèce proposée qui pût empêcher d'intenter l'action de la chose jugée.

28. *Le même au liv. 12 des Réponses.*

Deux juges délégués portent deux sentences contraires. Modestin a répondu que

23. *Paulus lib. 6 ad Plautium.*

Si cum procuratore mariti de dote actum fuerit : si quidem vivo marito condemnatio fiet, in quantum facere potest fiet damnatio : nam et defensor mariti in id quod ille facere potest, damnatur : mortuo verò marito, insolidum.

24. *Pomponius lib. 4 ex Plautio.*

Etsi fidejussor acceptus sit rei, vel actionis, non proderit ei, si persona pro qua fidejussit, in quantum facere potest, condemnanda est.

§. 1. Si maritus solvendo non fuerit, licet ipsi marito prosit, quod facere non possit (id enim personæ mariti præstatum), heredi ejus hoc non prodest.

25. *Paulus lib. 60 ad Edictum.*

Sciendum est, heredes earum personarum non in id quod facere possunt, sed in integrum teneri.

26. *Ulpianus lib. 77 ad Edictum.*

Si convenerit inter litigatores, quid pronuncietur, non ab re erit, judicem hujusmodi sententiam proferre.

Si convenerit inter litigatores quid pronuncietur.

27. *Modestinus lib. 1 Responsorum.*

Præses provinciæ in usuras usurarum condemnavit contra leges, et sacras constitutiones : ideoque Lucius Titius contra prolatam sententiam injustam præsidis appellavit. Quæro, cum non secundum legem hic Titius provocasset, an exigi possit pecunia secundum condemnationem ? Modestinus respondit, si sententiæ certa quantitas continetur, nihil proponi, cur judicati agi non possit.

De sententiâ injusta, et appellations non rectè facta.

28. *Idem lib. 12 Responsorum.*

Duo judices dati diversas sententias dederunt. Modestinus respondit, utram-

De sententiis diversis.

que sententiam in pendentem esse, donec compellens iudex unam earum confirmaverit.

29. *Idem lib. 7 Pandectarum.*

De tempore
quod datur judi-
cato.

Tempus quod datur iudicati etiam hereditibus ejus, cæterisque qui in locum ejus succedunt, tribuitur, videlicet, quod ex tempore deest: quia causæ magis quàm personæ, beneficium præstituitur.

30. *Pomponius lib. 7 variarum Lectionum.*

De donatore.

Cum ex causa donationis promissa pecunia est: si dubium sit, an ea res eousque donatoris facultates exhaurire possit, ut vix quicquam ei in bonis relictum sit, actio in id quod facere possit, danda est: ita ut et ipsi donatori aliquid sufficiens relinquatur. Quod maximè inter liberos et parentes observandum est.

31. *Callistratus lib. 2 Cognitionum.*

De tempore
quod datur tam
ad solvendum,
quàm ad ven-
denda piguora.

Debitoribus non tantum petentibus dies ad solvendum dandi sunt, sed et prorogandi, si res exigat. Si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem: pignoribus caplis compellendi sunt ad satisfaciendum ex forma quam Cassio proconsuli divus Pius in hæc verba præscripsit: *His qui fatebuntur debere, aut ex re iudicata necesse habebunt reddere, tempus ad solvendum detur, quod sufficere pro facultate cujusque videbitur. Eorum qui intra diem vel ab initio datum, vel ex ea causa postea prorogatum sibi, non reddiderint, pignora capi: eaque, si intra duos menses non solverint, vendantur; si quid ex pretiis supersit, reddatur ei, cujus pignora vendita erant.*

32. *Idem lib. 3 Cognitionum.*

Si iudex non
existimavit cau-
sam per constitu-
tiones prolatas
juvari.

Cum prolatas constitutionibus contra eas pronunciat iudex, eo quod non existimat causam de qua iudicat, per eas

l'exécution des deux sentences devoit être suspendue, jusqu'à ce que l'une des deux fût confirmée par un juge compétent.

29. *Le même au liv. 7 des Pandectes.*

Le temps qui est accordé à celui qui est condamné pour satisfaire au jugement, est aussi accordé à ses héritiers et autres successeurs, au moins pour ce qui reste de temps à remplir; parce que ce bénéfice est accordé à la cause plutôt qu'à la personne.

30. *Pomponius au liv. 7 des différentes Leçons.*

Lorsqu'une somme a été promise en vertu d'une donation, l'action de la chose jugée se donne contre le donateur jusqu'à concurrence de ce qu'il peut fournir; s'il y a lieu de craindre que l'exécution de cette promesse n'épuise entièrement les facultés du donateur, en sorte qu'il ne lui reste plus rien, cette exécution doit se faire de manière qu'il reste de quoi vivre au donateur. Ce qui doit sur-tout être scrupuleusement observé entre les parens et les enfans.

31. *Callistrate au liv. 2 des Jugemens en connoissance de cause.*

On doit non-seulement accorder un délai pour payer aux débiteurs qui le demandent, mais on doit même proroger ce délai, si le cas l'exige. Si cependant un débiteur différoit de payer plutôt par mauvaise volonté que par la difficulté de trouver de l'argent, on doit le forcer à satisfaire par la saisie de ses meubles, suivant la forme que l'empereur Antonin a prescrite au proconsul Cassius en ces termes: « On accordera à ceux qui avoueront la dette, ou qui seront condamnés à payer par un jugement, un temps suffisant à raison de leurs facultés. Si après le temps qui leur a été fixé d'abord ou prolongé dans la suite, ils ne payent pas, on saisira leurs meubles; et si dans les deux mois de la saisie, ils ne payent pas, les meubles seront vendus, et ce qu'on retirera du prix de ces meubles au-dessus de la dette sera rendu à celui sur qui les meubles auront été saisis. »

32. *Le même au liv. 3 des Jugemens en connoissance de cause.*

Lorsque le juge prononce contre la disposition des ordonnances qui lui sont représentées, parce qu'il ne croit pas que la cause

soumise à son jugement soit dans le cas d'être décidée par ces ordonnances, il n'est pas censé juger contre les lois. Ainsi on doit appeler de sa sentence : autrement elle acquerra l'autorité de chose jugée.

33. *Le même au liv. 5 des Jugemens en connoissance de cause.*

Julius-Tarentinus ayant présenté une requête à l'empereur Adrien, dans laquelle il exposoit que la religion du juge qui avoit prononcé contre lui avoit été surprise, parce qu'on lui avoit présenté des actes faux, et que ses parties adverses avoient corrompu les témoins par argent, l'empereur a décidé dans un rescrit que la cause devoit être recommencée en entier. Le rescrit est conçu en ces termes : « Je vous envoie copie de la requête qui m'a été présentée par Julius-Tarentinus ; s'il peut prouver devant vous qu'il a été opprimé par la conspiration de ses parties adverses et par des témoins corrompus par argent, vous en tirez une vengeance sévère. Et si le juge, surpris par de si mauvaises intrigues, a prononcé quelque condamnation, vous rétablirez la cause en son premier état. »

34. *Licinius-Rufinus au liv. 13 des Règles.*

Si quelqu'un s'oppose à ce qu'on laisse à un homme condamné sa nourriture ou son lit, on peut décerner contre lui une action pénale utile, ou même, suivant quelques-uns, l'action en réparation d'injures.

35. *Papirius-Justus au liv. 2 des Constitutions.*

Il y a un rescrit des empereurs Antonin et Verus, conçu en ces termes : « Quoiqu'il ne faille pas recommencer les procès sous prétexte de titres recouverts de nouveau, cependant l'empereur permet en connoissance de cause de se servir de ces titres nouvellement recouverts dans les affaires publiques. »

36. *Paul au liv. 17 sur l'Edit.*

Pomponius, au livre trente-sept sur l'édit, écrit : Si de plusieurs juges qui connoissent d'une instance en matière de liberté, un ne se trouve pas suffisamment instruit pour prononcer, et que les autres soient de même avis sur le jugement à prononcer ; après que le juge aura assuré par serment que sa religion n'est point suffisamment instruite, il s'abstiendra et les autres prononceront ; parce

juvari, non videtur contra constitutiones sententiam dedisse : ideoque ab ejusmodi sententia appellandum est : alioquin rei judicatae stabitur.

33. *Idem lib. 5 Cognitionum.*

§. 1. Contractum cum pupillo potest dici, et si cum servo ejus contractum sit : competit enim adversus eum de peculio actio. Unde probandum est, ex omnibus causis ex quibus adversus pupillum actio datur, hoc idem servandum. Et facilius erit hoc probandum in servo, qui in rem domini vertit, aut jussa ejus, aut si institoria cum eo agi possit.

§. 2. Ego puto, et si cum tutore ejus contractum est, ex qua causa actio in pupillum datur : magis est, ut edicto locus sit, quasi cum eo contractum sit.

§. 3. Si pupillus heres exiterit alicui, exque ea causa legata debeat : videndum est an huic edicto locus sit ? Magisque est, ut Marcellus scribit, etiam pupilli posse bona possideri ; esseque in arbitrio hereditariorum creditorum, quid potius eligant : etenim videtur impubes contrahere, cum adiit hereditatem.

à se défendre s'il ne persévère pas, et qu'il ne souffre aucun préjudice de n'avoir pas été défendu par le passé, si on offre de le défendre à présent.

3. *Le même au liv. 59 sur l'Edit.*

Julien traite la question suivante : Le père d'un pupille a eu un bien en commun avec Titius ; l'action en partage est intentée contre le pupille, qui n'est pas défendu, et il n'y a lieu dans cette instance à aucune condamnation du chef du père. On demande si les biens du père doivent être vendus, ou s'il suffit d'envoyer le possesseur en possession de ces biens pour la conservation de ses droits ? Julien décide, que si le père a perçu quelques fruits de la chose commune ou s'il l'a détériorée, on peut procéder à la vente de ses biens. Mais s'il n'y a point de raisons de faire vendre les biens du père, on enverra en possession des biens du pupille. Sur quoi Marcellus remarque qu'il y auroit une extrême injustice à obliger celui qui n'a point contracté avec le pupille d'attendre sa puberté ; et ce sentiment est raisonnable. Ainsi, comme dans l'espèce proposée le contrat vient du chef du père, on ne doit pas attendre la puberté du pupille.

1. On peut dire qu'il y a eu contrat avec le pupille quand on a contracté avec son esclave : car on a contre lui en ce cas l'action de *peculio*. C'est ce qui fait qu'on doit décider la même chose dans tous les cas où il y a action contre le pupille ; et à plus forte raison lorsqu'on aura contracté avec un esclave, et que ce qu'il aura reçu aura tourné au profit de son maître, ou que l'esclave aura contracté par ordre de son maître, ou qu'il aura été proposé par son maître à quelque négociation.

2. Je pense que si on a contracté avec le tuteur, auquel cas on a action contre le pupille, la disposition de notre édit doit avoir lieu, comme si on avoit contracté directement avec le pupille.

3. Si un pupille a été héritier de quelqu'un et doit en cette qualité des legs, la disposition de notre édit aura-t-elle lieu ? Il est plus convenable de décider, avec Marcellus, qu'on pourra saisir les biens du pupille, et que c'est aux créanciers de la succession à choisir quel moyen ils aiment mieux employer : car un pupille est censé contracter en acceptant une succession.

4. *Paul au liv. 58 sur l'Edit.*

L'impubère qui s'immisce dans la succession de son père est aussi censé contracter.

5. *Ulpien au liv. 59 sur l'Edit.*

Ce que nous venons de dire a lieu quand un pupille n'est défendu par personne, ni par tuteur, ni par curateur, soit qu'il en ait, soit qu'il n'en ait pas. Mais s'il se présente quelqu'un qui offre de défendre le pupille, la saisie n'aura pas lieu.

1. Il doit être certain et à la connoissance du prêteur que le pupille n'est point défendu, pour qu'il puisse permettre la saisie. Voici comment on peut s'en assurer : on doit citer devant le prêteur les tuteurs du pupille, pour qu'ils le défendent. Si le pupille n'a point de tuteurs, on doit y citer ses parens, ses alliés, ou d'autres, qui vraisemblablement se chargeront de la défense du pupille à cause de leur alliance avec lui, de leur affection, ou de quelque autre motif. On doit même faire venir devant le prêteur les affranchis du pupille et les sommer de le défendre. S'ils refusent de le faire, ou si, sans le refuser, ils gardent le silence, le prêteur permettra la saisie, tant que le pupille ne sera pas défendu. Dès qu'il se présentera quelqu'un pour défendre le pupille, le prêteur donnera main-levée de la saisie. Il en est de même à l'égard d'un furieux.

2. L'édit du prêteur porte : Si le pupille ou la pupille acquièrent l'âge de puberté, et qu'ils soient en état de défense, je donnerai main-levée de la saisie.

3. Qu'est-ce qu'être en état de défense? Suffit-il de se présenter et de faire offre d'accepter le jugement, ou faut-il absolument donner caution? La disposition de cet édit est réelle, et ne s'applique pas simplement à la personne qui offre de se défendre. Être en état de défense, c'est se présenter soi-même pour se défendre, ou être défendu par un autre. Mais, dans ce second cas, la caution est absolument nécessaire. Si on se défend soi-même, je ne crois pas qu'elle soit nécessaire. Ainsi dès que la partie sera en état de défense, le prêteur donnera main-levée de la saisie par un jugement provisoire.

6. *Paul au liv. 57 sur l'Edit.*

On accorde la permission de saisir à un créancier, même dans le cas où la pro-

Tome VI.

4. *Paulus lib. 58 ad Edictum.*

Sed et is qui miscuit se, contrahere videtur.

5. *Ulpianus lib. 59 ad Edictum.*

Hæc autem locum habent, quotiens pupillus non defendatur à quocunque, sive à tutore vel curatore, sive habeat tutorem pupillus, sive non habeat. Cæterum si existat aliquis qui defendere sit paratus: cessabit rei servandæ causa possessio.

§. 1. Non defendi pupillum constare debet, liquereque prætori, ut sic permittat bonorum possessionem. Hoc autem constare debet sic: Evocandi sunt ad prætorem tutores pupilli ut defendant. Si autem non habet tutores, requirendi cognati, vel adfines, et si qui alii fortè sunt, quos verisimile est defensionem pupilli vel pupillæ non omisuros, vel propter necessitudinem, vel propter caritatem, vel qua alia ratione. Liberti etiam, si qui sunt idonei, evocandi, exquirendaque defensio. Si autem negent defendere, aut non negent, sed taceant: tunc prætor possessionem dabit, tandiù scilicet, quoad non defendatur. Si defendi cœperit pupillus vel pupilla, desinet possideri. Idem est et in furioso.

§. 2. Ait prætor: *Si is pupillus in suam tutelam venerit, cave pupilla viripotens fuerit, et rectè defendetur, eos qui bona possident, de possessione decedere jubebo.*

§. 3. *Rectè defendi* quid sit, videamus: utrum tantum copiam sui facere, et ad suscipiendum judicium paratum esse, an verò et satisfacere omnimodo? Et quidem non solum ipsis se defendere volentibus, hoc edictum scriptum est, sed in rem. Et *rectè defendetur*, hoc est, vel à se, vel ab alio quocunque. Sed si alius defendat, erit necessaria satisfactio. Si ipse, non puto necessariam satisfactioem. Ergo oblata defensione dejici poterit interdicto reddito.

6. *Paulus lib. 57 ad Edictum.*

In possessionem mitti solet creditor, et si sub conditione ei pecunia promissa sit.

De creditore conditionali.

De absente. §. 1. Cùm dicitur, *Et ejus cujus bona possessa sunt à creditoribus, veniant, præterquam pupilli, et ejus qui reipublice causa sine dolo malo abfuit* : intelligimus ejus qui dolo malo abfuerit, posse venire.

De captivo. §. 2. Si ab hostibus quis captus sit, creditores ejus in possessionem mittendi sunt : ut tamen non statim bonorum venditio permittatur, sed interim bonis curator detur.

7. *Ulpianus lib. 59 ad Edictum.*

De creditoribus non alendis. Fulcinius existimat, creditores rei servandæ causa missos in possessionem, ex his rebus ali non debere.

De latitatione edictum. §. 1. Prætor ait : *Qui fraudationis causa latitavit, si boni viri arbitrato non defendetur, ejus bona possideri vendique jubebo.*

De fraudatione. §. 2. Cùm hoc edictum locum habeat, non sufficit latitare, sed et necesse est fraudationis causa id fieri. Neque quod fraudationis causa sine latitatione fit, satis est ad possessionem et venditionem : sed oportet fraudationis causa latitare. Et est frequentissima hæc causa possessionis : nam in usu latitantium bona possidentur.

De non latitante. §. 3. Si quis possederit bona alicujus quasi latitantis, qui non latitabat, et vendiderit : consequens erit dicere venditionem bonorum secutam nullius momenti esse.

Quid sit latitare. §. 4. Quid sit autem latitare, videamus? Latitare est, non (ut Cicero definit) turpis occultatio sui. Potest enim quis latitare non turpi de causa : veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones.

§. 5. Sed is qui fraudationis causa latitet, non tamen propter creditores : etsi hæc latitatio creditores fraudet, in ea tamen erit causa, ne hinc possidere bona ejus possint : quia non hoc animo latitet, ut fraudentur creditores. Animus enim latitantis quæritur, quo animo latitet : ut fraudet creditores, an alia ex causa.

messe qui lui est faite seroit conditionnelle.

1. Ces termes de l'édit, et les biens de celui qui aura été saisi par les créanciers seront vendus, à moins que le débiteur ne soit un pupille, ou absent pour le service de la république sans fraude, font voir que si le débiteur est absent par fraude, ses biens peuvent être vendus.

2. On doit permettre aux créanciers d'un débiteur qui a été pris par les ennemis de saisir ses biens : de manière cependant que ces biens ne seront pas vendus tout de suite, mais qu'on y établira un curateur.

7. *Ulpien au liv. 59 sur l'Édit.*

Fulcinius pense que les créanciers envoyés en possession des biens d'un débiteur pour la conservation de leurs droits, ne doivent pas être nourris sur ces biens.

1. L'édit du préteur porte : Je ferai saisir et vendre les biens d'un débiteur qui se cachera en fraude, s'il n'est pas valablement défendu par quelqu'un.

2. Pour que la disposition de cet édit ait lieu, il ne suffit pas que le débiteur se cache, il faut qu'il se cache en fraude ; de même qu'il ne suffit pas qu'il y ait de la fraude de sa part, il faut encore qu'il se cache. C'est la cause la plus ordinaire de la saisie : car dans l'usage on saisit les biens des débiteurs qui se cachent.

3. Si quelqu'un a saisi les biens de son débiteur sous prétexte qu'il se cachoit pour se soustraire à ses poursuites, quoiqu'en effet il ne se cachât pas, et s'il vend ensuite ces biens, on déclarera cette vente nulle.

4. Mais qu'entend-on ici par se cacher? C'est, suivant la définition de Cicéron, se soustraire honteusement aux poursuites. Car on peut se cacher pour des causes raisonnables : par exemple si on craint la cruauté d'un tyran, l'irruption des ennemis, ou des séditions domestiques.

5. Si un débiteur se cache frauduleusement, mais qu'il ne le fasse pas en considération de ses créanciers, quoique par l'événement cette action préjudicie à ses créanciers, on ne sera pas pour cela dans le cas de saisir ses biens ; parce qu'il ne se cache pas dans l'intention de frauder ses créanciers. Car il faut considérer dans quelle intention un débiteur se cache, si c'est pour frauder ses créanciers ou pour une autre raison.

6. Que faudra-t-il donc décider s'il a eu deux ou plusieurs raisons de se cacher, du nombre desquelles soit l'intention de frauder ses créanciers? Pourra-t-on saisir et faire vendre ses biens? Je pense qu'on le pourroit.

7. Mais s'il se cache dans l'intention de se soustraire à la poursuite de quelques-uns de ses créanciers, mais non dans l'intention d'éviter celle des autres, que faut-il décider? Pomponius décide avec raison qu'il ne faut pas exiger que le débiteur se cache pour éviter tous ses créanciers, mais qu'il suffit qu'il se cache en considération d'un qu'il veut tromper et frustrer de ses droits. Tous les créanciers pourront-ils donc en ce cas saisir et vendre ses biens, parce qu'il est vrai qu'il se cache, même relativement à ceux qu'il n'a point intention d'éviter? ou n'y a-t-il que celui en considération de qui il se cache qui pourra saisir et vendre? Il est certain que ce débiteur se cache, et qu'il se cache frauduleusement, quoique ce ne soit pas en considération de tel de ses créanciers. Mais Pomponius pense qu'il faut considérer que si le débiteur ne se cache frauduleusement que relativement à un de ses créanciers, ce créancier est le seul qui puisse obtenir la permission de saisir et de faire vendre.

8. Le terme *latitare* se cacher, doit être entendu d'un débiteur qui se tient caché pendant un certain temps : comme le mot *facilitare* signifie faire souvent.

9. L'édit du prêteur exige si scrupuleusement l'intention frauduleuse dans le débiteur qui se cache, qu'on a décidé avec raison qu'un furieux ne peut pas être exposé à la vente de ses biens pour cause de s'être soustrait à la poursuite de ses créanciers; parce qu'un homme qui n'est pas à lui ne peut point se cacher.

10. Mais si un furieux n'a personne pour le défendre, on doit lui nommer un curateur, ou il faut une permission expresse pour saisir ses biens. Labéon écrit que si on ne trouve point de défenseur ou de curateur pour le furieux, ou si le curateur ne le défend pas, on doit renvoyer ce curateur, et le prêteur en nommera un autre du nombre des créanciers, afin qu'on ne vende pas des biens du furieux plus qu'il ne faut.

§. 6. Quid ergo, si duas causas latitandi habuit, vel plures, inter quas etiam fraudandi creditores? An venditio recte procedat? Et puto probandum, si plures causæ sint latitationis inter quas est et fraudationis causa, nocere debere, postsequè hinc bona vendi.

§. 7. Quid si adversus quosdam occultare se consilium non est, adversus quosdam est? Quid dicemus? Et rectissimè Pomponius scribit, non adversus omnes latitationem exigendam, sed adversus eum quem quis decipere et fraudare latitatione destinat. Utrum ergo omnes bona ejus vendere possunt, quia latitat; hoc est, etiam hi adversus quos non latitat, quia verum est eum latitare: an verò is solus adversus quem latitat? Et quidem verum est eum latitare, et fraudationis causa latitare, etsi non adversus me latitet. Sed illud spectandum Pomponius putat, an adversus me, eumque solum posse hinc venditionem impetrare adversus quem latitetur.

§. 8. Latitare autem est cum tractu aliquo latere: quemadmodum *facilitare*, frequenter *facere*.

§. 9. Adeo autem latitatio animum et affectum latitantis se desiderat, ut rectè dictum sit, furiosum hinc venditionem pati non posse: quia non se occultat, qui suus non est.

§. 10. Planè si non defendatur furiosus, curatorem ei dandum: aut bona ejus ut possideantur, nominatim permittendum est. Labeo autem scribit: si non invenitur curator vel defensor furiosi, sed et si curator datus eum non defendat: tunc removendum eum, et oportere prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus, ut non ampliùs quàm necesse est, ex bonis furiosi veneat. *Eaque servanda La-*

De furioso.

beo ait, quæ solent servari, cùm venter in possessionem mittitur.

§. 11. Planè interdum bona ejus, causa cognita, vendenda erunt, si urgeat æs alienum, et dilatio damnum sit allatura creditoribus. Ita autem vendenda, ut quod supersit, furioso detur : quia hominis ejus status, et habitus à pupilli conditione non multum abhorret. Quod quidem non est sine ratione.

De prodigo et cæteris, qui curatorum ope juvantur.

§. 12. Idemque et in prodigo dicendum est, cæterisque qui curatorum ope juvantur. Nec enim quisquam propriè latitare eos dixerit.

Quid sit latitare. De fraudatione.

§. 13. Illud sciendum est, posse quem in eadem civitate esse, et latitare : et in alia civitate esse, et non latitare. Etenim qui in alia civitate sit, copiamque sui faciat in publico, ibique pareat, an latitet videamus ? Et hodie hoc jure utimur, ut sive quis eodem loci agat, sive alio, sive peregrè agat, si tamen occursum creditoris evitet, latitare videatur. Denique eum quoque qui in foro eodem agat, si circa columnas aut stationes se occultet, videri latitare veteres responderunt. Et posse quem adversus alterum latitare, adversus alterum non. Constat autem ut ipse ejus possit bona vendere, adversus quem latitat.

De obligatione in diem, vel conditionali, vel cui obstat exceptio.

§. 14. Si in diem vel sub conditione debitor latitet : antequàm dies vel conditio veniat, non possunt bona ejus venire. Quid enim interest, debitor quis non sit, an nondum conveniri possit ? Nam et si non sit debitor, idem dicemus. Idem erit dicendum, et si quis habeat quidem actionem, sed talem, quæ per exceptionem repellitur.

Et Labéon ajoute qu'on doit observer les mêmes formalités qui ont lieu dans le cas où une femme enceinte est envoyée en possession pour la conservation des droits de l'enfant qu'elle porte dans son sein.

11. Il y a des cas où on permettra en connoissance de cause la vente des biens d'un furieux, si ses dettes sont considérables, et que le délai de la vente doive porter du préjudice aux créanciers. Ces biens doivent être vendus de manière que ce qui se trouvera de surplus soit rendu au furieux ; parce que l'état d'un furieux n'est pas fort éloigné de celui d'un pupille. Ce sentiment de Labéon n'est pas sans fondement.

12. Il en faut dire autant d'un interdit et des autres qui ont besoin du ministère d'un curateur. Car on ne peut pas dire proprement d'eux qu'ils cherchent à se cacher.

13. Il faut observer qu'un débiteur peut rester dans la même ville que son créancier, et y être caché, et qu'il peut être dans une ville différente sans être censé se cacher. Car peut-on regarder comme un homme qui se cache un débiteur qui habite une ville différente de son créancier, mais dans laquelle il se montre en public ? Il est reçu dans l'usage qu'on est censé se cacher, lorsqu'on évite la rencontre de son créancier quelque part où on soit, soit dans le même lieu, soit dans un lieu différent, proche ou éloigné. Les anciens ont répondu qu'un débiteur étoit censé se cacher, même étant dans la même place publique, si, pour éviter d'être vu de son créancier, il se met autour des piliers, ou derrière les boutiques. En sorte qu'un débiteur peut être caché relativement à un de ses créanciers, et ne point l'être relativement à un autre. Or il est décidé que c'est le créancier relativement auquel il se cache qui peut faire vendre ses biens.

14. Si celui qui doit à terme ou conditionnellement se cache, on ne pourra pas faire vendre ses biens avant l'échéance du terme, ou l'événement de la condition. Car il n'y a point ici de différence entre celui qui ne doit rien, et celui dont la dette n'est pas exigible. Si on supposoit qu'il n'y a pas de débiteur, il faudroit dire la même chose. C'est encore ce qu'il faudroit décider dans le cas où le créancier auroit bien une ac-

tion, mais telle que le débiteur pourroit la rendre sans effet en lui opposant une exception.

15. Si un père ou un maître contre lequel on a l'action *de peculio*, à cause d'une obligation contractée par son fils ou son esclave, se cache et s'absente, l'usage est que ses biens peuvent être saisis et vendus, quand même il ne se trouveroit rien dans le pécule du fils ou de l'esclave; parce qu'il peut s'y trouver quelque chose, et que ce n'est qu'au temps du jugement qu'on examine s'il y a quelque chose dans le pécule ou non. L'action peut toujours être intentée quand il n'y auroit rien dans le pécule.

16. Si celui qui craint qu'on intente contre lui une action réelle s'absente et se cache, ses biens pourront-ils être saisis et vendus? Nératius a décidé que ces biens devoient être vendus; et il y a aussi un rescrit de l'empereur Adrien qui confirme cette décision, que nous suivons dans la pratique.

17. Celse a répondu à Sextus: Si Titius est en possession d'un fonds que je veux réclamer, et qu'il soit absent sans qu'il se présente personne pour le défendre, il vaut mieux m'envoyer en possession du fonds même que de m'accorder la saisie de tous ses biens. Mais il faut remarquer que Celse étoit consulté dans l'espèce d'un possesseur absent, et non d'un possesseur qui se seroit caché pour se soustraire à l'action.

18. Le même Celse pense que si celui contre lequel je réclame les droits dans une succession se cache, on peut fort bien m'envoyer en possession de toutes les choses de la succession qu'il possède à titre d'héritier ou de possesseur. S'il a cessé frauduleusement de posséder, ses biens doivent être saisis et vendus.

19. L'empereur Antonin a aussi décidé dans un rescrit, par rapport à un homme qui étant en possession d'une succession se tenoit caché, que son adversaire pouvoit être envoyé en possession des effets de la succession. L'empereur ordonne même dans ce rescrit que les fruits appartiendront à celui qui a été envoyé en possession pour punir la contumace de celui qui étoit en possession de cette succession.

8. *Le même au liv. 60 sur l'Edit.*

Si on est long-temps dans l'incertitude pour

§. 15. Si quis actione de peculio, filii vel servi nomine conveniri possit: si latitet, eo jure utimur ut possint bona ejus possideri et venire, tametsi nihil fuerit in peculio; quia esse potest: et rei judicatæ tempus spectamus utrum sit, an non sit: et quòd teneat actio, etiamsi nihil in peculio fuerit.

De peculio.

§. 16. Item videamus, si quis adversus in rem actionem latitet, an bona ejus possideri venumque dari possint? Extat Nératii sententia existimantis bona esse vendenda: et hoc rescripto Hadriani continetur: quo jure utimur.

De actione in rem.

§. 17. Celsus autem Sexto respondit: Si fundum quem petere volo, Titius possideat, neque absens defendatur: commodius se existimare, in fundi possessionem mittendum, quàm bona ejus possideri. Hoc adnotandum est, Celsum consultum non de latitante, sed de absente.

De absente.

§. 18. Idem Celsus existimat, si is à quo hereditatem petere velim, latitat: commodissimè fieri posse, ut in possessionem mittar rerum, quas pro herede vel pro possessore possidet. Sed si dolo fecit quominus possideret, bona ejus possidenda et vendenda sunt.

De petitione hereditatis.

§. 19. Divus quoque Pius in persona ejus qui hereditatem possidens copiam sui non faciebat, rescripsit, in possessionem rerum hereditariarum adversarium inducendum. In quo rescripto et fructum percipere jussit eum qui per nimiam contumaciam possessoris hereditatis, ut lucro ejus cedat, in possessionem inductus est rerum hereditariarum.

8. *Idem lib. 60 ad Edictum.*

Si diu incertum sit, heres extiturus,

§: incertum.

sit an heres sit
extiturus.

necne sit: causa cognita permitti oportebit, bona rei servandæ causa possideri. Et si ita res urgeat, vel conditio, bonum etiam hoc erit concedendum, ut curator constituatur.

9. *Paulus lib. 57 ad Edictum.*

Unus ex creditoribus.

Si ex heredibus unus deliberat, alter repudiat.

§. 1. Si alter ex heredibus intra tempora sibi præstituta deliberet adire hereditatem, alter verò neget se aditurum: videndum est quid creditoribus agendum sit? Et placet interim eos in possessionem mittendos custodiæ causa, donec appareat, is qui deliberat, utrum agnoscat partem suam, an non agnoscat?

10. *Ulpianus lib. 81 ad Edictum.*

De pupillo.

Si pupillus præsens sit, tutorem autem non habeat: pro absente habendus est.

11. *Paulus lib. 8 ad Plautium.*

De eo quod filiofamilias sub conditione legatum est.

Si filiofamilias legatum vel fideicommissum sub conditione relictum sit, dicendum est tam ipsum, quam patrem in possessionem mittendos esse: quia ambo spem commodi habent.

12. *Pomponius lib. 23 ad Quintum Mucium.*

Effectus missionis.

Cum legatorum vel fideicommissi servandi causa, vel quia damni infecti nobis non caveatur, bona possidere prætor permittit, vel ventris nomine in possessionem nos mittit: non possidemus; sed magis custodiam rerum, et observationem nobis concedit.

13. *Papinianus lib. 14 Responsorum.*

De remisso à præside ad imperatorem. De exule ad tempus.

Ad cognitionem imperatorum à præside provinciæ remissus, et si in cæteris litibus Romæ defendere se non cogitur: tamen in provincia defendendus est. Nam et exilio temporario puniti, si defensor non existat, bona veneunt.

savoir si le défunt aura ou n'aura point d'héritier, il faudra permettre en connoissance de cause la saisie des biens pour la conservation des droits des créanciers. Et si le paiement presse ou par sa nature ou par une condition de l'obligation, on doit encore accorder la nomination d'un curateur à la succession vacante.

9. *Paul au liv. 57 sur l'Edit.*

Ce curateur sera pris dans le nombre des créanciers.

1. Si de deux héritiers l'un délibère pendant le délai qui lui est accordé s'il acceptera ou non la succession, et l'autre déclare qu'il y renonce, que feront les créanciers? On décide qu'on doit par intérim les envoyer en possession des effets de la succession à l'effet simplement de les garder, jusqu'à ce que l'héritier qui délibère ait pris son parti.

10. *Ulpien au liv. 81 sur l'Edit.*

Quoiqu'un pupille se présente, s'il n'a point de tuteur, il est réputé absent.

11. *Paul au liv. 8 sur Plautius.*

Si on a laissé un legs ou un fideicommiss conditionnellement à un fils de famille, il sera envoyé, aussi bien que son père, en possession des biens; parce qu'ils ont tous deux l'espérance de recueillir cette libéralité.

12. *Pomponius au liv. 23 sur Quintus-Mucius.*

Lorsque le préteur envoie en possession des biens à l'effet de conserver un legs ou un fideicommiss, ou de s'assurer l'indemnité d'un dommage qu'on appréhende, ou pour conserver les droits d'un enfant qui est dans le sein de sa mère, il ne nous donne pas une possession civile, mais seulement il nous accorde la faculté de veiller sur les biens et de les garder.

13. *Papinien au liv. 14 des Réponses.*

Celui qui est renvoyé au tribunal de l'empereur par le jugement d'un président de province, n'est point obligé de défendre à Rome contre toute autre action que celle à raison de laquelle il a été renvoyé; cependant il doit être défendu dans sa province. Car on peut saisir et vendre les biens d'un homme condamné à un exil pour un temps, s'il ne se présente personne pour le défendre

contre l'action qu'on veut intenter contre lui.

14. *Paul au liv. 2 des Questions.*

Si quelqu'un empêche le créancier envoyé en possession des biens de son débiteur d'entrer dans ces biens, le créancier a contre lui action en dommage et intérêts; ce qui comprend la valeur de la chose.

1. Si un légataire envoyé en possession pour conserver son legs n'y est point admis, on estimera la valeur de son legs, même pendant que la condition est en suspens, quoiqu'elle puisse manquer; parce qu'il est de son intérêt d'avoir ses sûretés.

2. On n'envoie pas en possession un créancier à qui il est dû sous condition, parce qu'on n'envoie en possession que celui à qui l'édit permet de vendre les biens saisis.

15. *Ulpian au liv. 6 des Fidéicommiss.*

On compare à un acheteur celui qui a reçu une chose en échange, celui qui a reçu une chose en paiement, celui qui revendiquant une chose s'est contenté de la valeur fixée en justice, et enfin celui qui a reçu une chose en vertu d'une stipulation, mais à titre onéreux.

TITRE V.

DES SAISIES ET VENTES DE BIENS PAR AUTORITÉ DE JUSTICE.

1. *Gaius au liv. 23 sur l'Edit provincial.*

LES biens d'un débiteur doivent être vendus dans l'endroit où il a dû être défendu contre l'action intentée contre lui: (c'est-à-dire)

2. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

C'est-à-dire dans le lieu de son domicile,

3. *Gaius au liv. 23 sur l'Edit provincial.*

Où dans le lieu où il a contracté l'obligation. Ce lieu n'est pas celui de la convention, mais celui où doit se faire le paiement.

4. *Paul au liv. 57 sur l'Edit.*

Si un esclave a été institué héritier sous une condition, ou qu'étant institué purement, il y ait lieu de douter s'il sera libre et héritier, il est juste de prononcer, à la re-

14. *Paulus lib. 2 Quæstionum.*

Si quis creditorem prohibuerit bona debitoris ingredi, datur in eum actio, quanti ea res sit.

De creditore prohibito ingredi.

§. 1. Sed et si quis legatorum servandorum causa missus, in possessionem admissus non est, si legati conditio pendeat, licet possit deficere, æstimetur tamen id quod legatum est: quia interest ejus cautum habere.

De legato conditionali.

§. 2. Creditor autem conditionalis in possessionem non mittitur: quia is mittitur qui potest bona ex edicto vendere.

De creditore conditionali.

15. *Ulpianus lib. 6 Fideicommissorum.*

Is qui rem permutatam accepit, emptori similis est: item is qui rem in solutum accepit, vel qui lite æstimata retinuit, vel ex causa stipulationis, non ob liberalitatem est consecutus.

De permutatione, datione in solutum, litis æstimatione, stipulatione, donatione.

TITULUS V.

DE REBUS AUCTORITATE JUDICIS POSSIDENDIS, Seu vendundis.

1. *Gaius lib. 23 ad Edictum provinciale.*

VENIRE bona ibi oportet, ubi quisque defendi debet: id est,

Ubi fit venditio honorum.

2. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Ubi domicilium habet:

3. *Gaius lib. 23 ad Edictum provinciale.*

Aut ubi quisque contraxerit. Contractum autem non utique eo loco intelligitur, quo negotium gestum sit, sed quo solvenda est pecunia.

4. *Paulus lib. 57 ad Edictum.*

Si servus sub conditione heres institutus sit, aut dubium sit, an is heres liberque futurus sit: non est iniquum postulantibus creditoribus ita decerni, ut si ante cer-

De servo instituto.

tum tempus is heres non extiterit, proinde omnia observentur, ac si is heres ita institutus non esset. Quod plerumque accidere si sub conditione dandæ alicui pecuniæ heres institutus sit, nec dies adpositus sit. Sed hoc, quantum ad bona, ita observandum. Cæterùm libertas ei quandoque competet, et à prælore conservanda est, etiam si certum sit, neque heredem, neque bonorum possessorem futurum.

quête des créanciers de la succession, que si cet esclave n'est point héritier dans un certain temps, on se conduira en tout comme s'il n'avoit point été institué en cette manière. C'est ce qui arriveroit souvent dans le cas où un esclave auroit été institué sous la condition de donner à quelqu'un une somme, sans que le testateur ait fixé de terme pour ce paiement. Ceci doit être observé par rapport aux biens de la succession. A l'égard de la liberté, elle doit un jour appartenir à cet esclave; et le préteur la lui conservera, quand même il seroit certain qu'il ne sera jamais héritier, ni suivant le droit civil, ni suivant le droit prétorien.

1. Cependant s'il se présente quelqu'un pour défendre le défunt, en promettant qu'il acceptera la succession, et en souffrant qu'on intente contre lui les actions qu'on avoit contre le défunt, les biens du défunt ne pourront pas être vendus par les créanciers.

5. *Ulpian au liv. 60 sur l'Edit.*

Un mineur de vingt-cinq ans qui a des curateurs, mais qui refusent de le défendre, souffrira la vente de ses biens s'il ne trouve pas d'autre défenseur, quand même il ne se cacheroit pas. Quoique d'ailleurs on ne soit jamais censé se cacher frauduleusement quand on est dans l'incapacité de se défendre soi-même.

6. *Paul au liv. 58 sur l'Edit.*

S'il n'est point avantageux au pupille de conserver les effets de la succession de son père, le préteur permettra que la vente en soit faite, afin que ce qui restera du prix (les dettes payées) soit rendu au pupille.

1. Si le pupille, avant de s'abstenir, a fait quelques affaires de la succession, on doit conserver ce qu'il a fait, pourvu qu'il l'ait fait de bonne foi.

2. Qu'arriveroit-il donc si le pupille ou son tuteur avoit payé quelques-uns des créanciers de la succession, et qu'ensuite les autres fassent vendre les biens? Si on demande si les autres ont droit de répéter ce qui a été payé, Julien dit qu'on doit se décider à cet égard en connoissance de cause, de manière que la négligence de quelques-uns des créanciers, ou l'empressement du pupille à payer ne nuise pas au

Si quis defunctum defendat.

§. 1. Si quis tamen heredem se spondendo, vel actiones patiendo, defunctum defendat, bona defuncti venire non poterunt.

5. *Ulpianus lib. 60 ad Edictum.*

De minore viginti quinque annis.

Si minor viginti quinque annis, qui habet curatores à curatoribus non defendatur, nec alium defensorem inveniat, bonorum venditionem patitur, etsi non latitet. Licet non fraudationis causa latitare videtur, qui sui non est idoneus defensor.

6. *Paulus lib. 58 ad Edictum.*

De pupillo.

Si non expedierit pupillo hereditatem parentis retinere, prætor bona defuncti venire permittit, ut quod superaverit, pupillo restituatur.

§. 1. Si pupillus antequam abstineret, aliquid gesserit, servandum est: utique si bona fide gessit.

§. 2. Quid ergo si quibusdam creditoribus solvit, deinde bona venierint? Si quaeratur an repetitio sit, ex causa id statuendum Julianus ait: ne alterius aut negligentia, aut cupiditas, huic qui diligens fuit, nocreat. Quod si utroque instante tibi gratificatus tutor solvit, æquum esse, aut prius eandem portionem mihi quaeri, aut communicandum quod accepisti. Et hoc Julianus ait. Apparet autem loqui eum,

au créancier qui a fait ses diligences. Mais si les deux créanciers, poursuivant également leur paiement, le tuteur en a gratifié un, il est juste que l'autre créancier commence par en prendre autant, ou que le premier partage avec lui ce qu'il a reçu. Voilà ce que décide Julien. Il paroît qu'il parle du cas où le pupille auroit payé quelques-uns des créanciers des deniers de la succession. Que faudroit-il donc décider si le pupille avoit payé d'ailleurs? Ce qu'il a payé doit-il lui être rendu ou non? Et cela doit-il lui être rendu par le créancier qui a reçu ou par la succession? Notre cher Scévola décide que s'il y a quelque chose dans la succession il faut prélever dessus tout ce qui a été ainsi payé, à l'instar d'un homme qui auroit fait les affaires d'autrui. Mais s'il ne se trouve rien dans la succession, il sera juste d'accorder au pupille le droit de se faire rendre par le créancier ce qu'il lui aura payé, comme le lui ayant payé indûment.

7. *Gaius au liv. 23 sur l'Édit provincial.*

On comprend dans les dettes de la succession celles mêmes à raison desquelles on n'a pas pu actionner le défunt : par exemple s'il avoit promis de payer une somme à sa mort. On y comprend aussi ce que quelqu'un qui avoit répondu pour lui a payé en son acquit depuis sa mort.

8. *Ulpian au liv. 61 sur l'Édit.*

Dans la vente des biens d'un débiteur, on comprend l'usufruit dont il jouit ; parce que l'usufruit est regardé comme une partie du domaine.

1. Si on peut retirer des fruits du fonds du débiteur, celui qui est envoyé en possession doit les vendre ou les affermer. Mais cela suppose qu'ils n'aient point été vendus ou affermés avant ; car si le débiteur les avoit déjà vendus ou affermés, le prêteur confirmeroit la vente ou la location, quand même elle auroit été faite à bas prix ; à moins qu'elle n'ait été faite ainsi en fraude des créanciers : car alors le prêteur accorde aux créanciers la faculté de faire une nouvelle vente ou une nouvelle location.

2. Il faudra dire la même chose des fruits qu'on peut retirer des autres effets, on les

Tome VI.

eum, si ex bonis paternis solutum sit. Quid ergo si aliunde pupillus solverit? Reddi ei debbit, necne? Et utrum à creditore, an ex hereditate? Scævola noster ait, si aliquid sit in bonis, deducendum ex hereditate solidum, exemplo ejus qui gessit negotia. Sed si nihil sit in bonis, non esse iniquum adversus creditorem dandam repetitionem, quasi indebiti soluti.

7. *Gaius lib. 23 ad Edictum provinciale.*

Hereditarium æs alienum intelligitur etiam id de quo cum defuncto agi non potuit: veluti, quod is cum moreretur, daturum se promisisset. Item quod is qui pro defuncto fidejussit, post mortem ejus solvit.

De hereditariis
ære alieno.

8. *Ulpianus lib. 61 ad Edictum.*

In venditionem honorum etiam usus-fructus veniat: quia appellatione domini fructuarius quoque continetur.

De usufructu.

§. 1. Si quis fructus ex prædio debitoris capi poterit, hunc creditor qui in possessionem prædii missus est, vendere vel locare debet. Sed hoc ita dènum, si ante neque venierit, neque locatus erit: nam si jam à debitore vel locatus erat, vel venierat, servabit prætor venditionem et locationem à debitore factam, etsi minoris distractum est vel locatum: nisi si in fraudem creditorum hoc fiat: tunc enim prætor arbitrium dat creditoribus, ut ex integro locationem vel venditionem faciant.

De fructibus.
De locatione vel
venditione.

§. 2. De cæterarum quoque rerum fructibus idem erit dicendum: ut si qui

locari possint, locentur : putà mercedes servorum, vel jumentorum, cæterorumque quæ possunt locari.

§. 5. De tempore locationis nihil prætor locutus est. Et ideò liberum arbitrium creditoribus datum videtur, quanto tempore locent : quemadmodum illud est in arbitrio eorum, vendant, vel locent ; scilicet sine dolo malo. Ex culpa autem rei non fiunt.

§. 4. Si unus sit qui possideat bona, expeditum erit de locatione. Quòd si non unus, sed plures sint : quis eorum debeat locare vel vendere, quæritur ? Et si quidem convenit inter eos, expeditissimum est : nam et omnes possunt locare, et uni hoc negotium dare. Si verò non convenit, tunc dicendum est, prætorem causa cognita eligere debere, qui locet vel vendat.

9. *Idem lib. 62 ad Edictum.*

Prætor ait : *Si quis cum in possessione bonorum esset, quod eo nomine fructus cepit, ei ad quem ea res pertinet, non restituat : sive quod impensæ nomine sine dolo malo fecerit, ei non præstabitur : sive dolo malo ejus deterior causa possessionis facta esse dicetur, de ea re judicium in factum dabo.*

Edictum de fructibus, et impensis, et deterioratione,

Et ejus interpretatione.

§. 1. Quod de fructibus ait, etiam de cæteris, quæcunque ex re debitoris pervenerunt, intelligendum est. Et sanè debuit hoc ita esse. Quid enim si ex compromisso, vel alio casu pœnam consecutus est ? Nam eam pœnam quam consecutus est, præstare debet.

§. 2. Quod ait prætor : *Sive quod impensæ nomine sine dolo malo fecit, ei non præstabitur.* Hoc eò spectat, ut si quid ipse erogavit creditor, si modò sine dolo malo erogavit, hoc ei præstetur. Sufficit igitur sine dolo erogasse, etiam si nihil profuit erogatio rei debitori.

§. 3. His verbis, *ad quem ea res pertinet*, etiam curator bonis distrahendis datus continetur : et ipse debitor, si conti-

assermera si cela se peut. Telles sont les journées de travail des esclaves, des bêtes de somme, et les autres revenus qu'on peut donner à bail.

3. Le prêteur ne parle pas du temps pour lequel la location peut être faite. Ainsi les créanciers ont la faculté de faire le bail pour tel temps qu'ils jugent à propos : comme ils sont les maîtres de vendre ou d'affermir, pourvu qu'ils le fassent sans fraude. Mais ils ne sont pas responsables des fautes.

4. S'il n'y a qu'un créancier envoyé en possession, il n'y pas de difficulté pour le bail. Mais s'il y en a plusieurs, lequel d'entre eux pourra vendre ou affermer ? S'ils sont tous d'accord, la chose est encore sans difficulté : car ils peuvent passer le bail tous ensemble ou charger un d'entre eux de le passer. Mais s'ils ne sont pas d'accord, c'est au prêteur à nommer en connoissance de cause celui d'entre eux qui fera la vente ou le bail.

9. *Le même au liv. 62 sur l'Edit.*

Le prêteur s'exprime ainsi dans son édit : « Je donnerai une action expositive du fait dans le cas de saisie, si le saisissant ayant perçu des fruits de la chose saisie refuse de les rendre à qui il appartiendra, ou si on refuse de rendre au saisissant les dépenses qu'il aura faites de bonne foi, ou enfin si par fraude de la part du saisissant la chose saisie a été détériorée. »

1. Ce qui est dit ici des fruits doit s'entendre de tous les émolumens que la chose du débiteur aura produits. Et cela doit être ainsi. Car, qu'arriveroit-il si le saisissant avoit touché une condamnation pénale payée par un débiteur de la partie saisie en vertu d'un compromis ou autrement ? Il seroit obligé de rendre cette somme.

2. Le prêteur dit, si on refuse de rendre au saisissant les dépenses qu'il aura faites de bonne foi. Cela veut dire que si le saisissant a fait quelques dépenses, on doit les lui rendre, pourvu qu'il les ait faites de bonne foi. Il suffit que ces dépenses aient été faites de bonne foi, quand même elles n'auroient pas tourné au profit de la chose du débiteur.

3. Ces paroles, à qui il appartiendra, comprennent le curateur nommé pour faire la vente des biens, et le débiteur lui-même,

s'il arrive que la vente n'ait pas lieu. Ainsi le créancier saisissant aura également action contre l'un ou l'autre, s'il a fait des dépenses pour percevoir les fruits, pour nourrir et soigner les esclaves du débiteur, pour entretenir et réparer les fonds, s'il s'est obligé à indemniser le voisin d'un dommage qu'il appréhendoit du mauvais état des fonds saisis, s'il a défendu en justice l'esclave du débiteur accusé d'avoir fait tort à quelqu'un; à moins qu'il n'eût été plus expédient d'abandonner l'esclave pour tenir lieu de réparation, que de le conserver. Car, dans ce cas, il ne pourroit pas répéter ce qu'il a dépensé pour le défendre contre l'action noxale.

4. Il faut dire en général que le saisissant peut répéter toutes les dépenses qu'il a faites de bonne foi sur la chose saisie. Car il ne peut pas plus se servir de l'action *negotiorum gestorum* qu'un associé qui auroit entretenu un bâtiment commun; parce que le saisissant qui entretient la chose saisie ne fait point les affaires d'autrui, mais une affaire commune entre lui et la partie saisie.

5. On a demandé de plus si le saisissant étoit responsable des détériorations arrivées aux fonds saisis, sans fraude de sa part, de la perte des droits attachés à ces fonds, de la ruine ou de l'incendie des bâtimens, du défaut de soin pour la nourriture et l'entretien des esclaves et des animaux saisis, de la tradition de la possession faite à un autre sans mauvaise foi? Il paroît qu'il n'en est pas responsable, parce qu'il n'y a point de mauvaise foi de sa part. En quoi la condition d'un saisissant est plus favorable que celle d'un créancier à qui le débiteur a donné un gage: car le créancier est responsable des détériorations qui arrivent non-seulement par sa mauvaise foi, mais encore par sa faute. Il en est de même du curateur nommé aux biens; parce qu'il est responsable de ses fautes comme les créanciers qui ont un gage.

6. Le prêteur donne aussi action expostive du fait contre le saisissant qui n'a pas affirmé ou vendu les revenus du fonds saisi, et il sera condamné à rendre ce qui aura été perçu de moins à cause qu'il n'a ni vendu ni affirmé. Mais si on a perçu

gerit ne bona ejus veneant. Et ipsi itaque creditori adversus hos dabitur actio, quos enumeravimus, sive quid in fructibus percipiendis erogavit, sive in familia alenda curandave, prædiis fulciendis vel reficiendis, vel damno infecto promittendo, vel servo noxali judicio defenso: si modò non magis eum expedit dedere, quàm retinere. Quòd si dedere expedit, consequens erit repetere eum non debere.

§. 4. Generaliter etiam dicendum est, quidquid impendit in rem, si modò sine dolo malo impendit, repetere eum posse. Nam negotiorum gestorum agere non magis potest, quàm si socius commune ædificium fulsit: quia hic quoque creditor commune non alienum negotium gessisse videtur.

§. 5. Est præterea quæsitum, si deteriora prædia facta fuerint sine dolo malo creditoris, vel jura eorum amissa, vel ædificia diruta, vel exusta: item familiæ pecorumque acta cura non sit, aut possessio alii tradita, sine dolo tamen malo: an teneatur? Et apparet eum non teneri: quia dolo malo caret. Eritque melior ejus conditio, quàm in pignore creditoris, qui non tantùm dolum malum, verùm culpam quoque debet. Eadem causa est curatoris bonorum: nam et is tenetur, ut creditores.

§. 6. In eum quoque, qui neque locavit fructum prædii, neque vendidit, in factum actionem dat prætor: et in hoc condemnabitur, quanto minùs propter hoc perceptum est: quia neque vendidit, neque locavit. Cæterùm si tantum per-

ceptum est, quantum perciperetur, si locatus vel distractus fructus esset, nihil ei imputabitur. Præstat autem per id tantum temporis, quo in possessionem fuit, vel ipse, vel jussu ejus alius, quoad inde de possessione discessum est. Nam neque hoc imputatur creditori, cur in possessionem non venerit: neque illud, cur de possessione decesserit: cum voluntarium et suum potius negotium creditor gerat. Æstimationem autem fit, quantum interest ejus qui experitur.

§. 7. Hæ actiones neque temporariæ sunt, et tam heredibus quàm in heredes dabuntur, cæterosque successores.

§. 8. Si possessionis causa deterior facta esse dicetur dolo ejus qui in possessionem missus sit, actio in eum ex dolo datur: quæ neque post annum, neque in heredes, cæterosque successores dabitur: cum ex delicto oriatur, pœnæque nomine concipiatur:

10. *Paulus lib. 59 ad Edictum.*
Nisi quatenus ad eum pervenit.

11. *Ulpianus lib. 62 ad Edictum.*
Heredi autem dabitur: quia et rei continet persecutionem.

12. *Paulus lib. 59 ad Edictum.*

An postulario
unius alius prosit.

Cum unus ex creditoribus postulat in bona debitoris se mitti: quæritur, utrum solus is qui petit, possidere potest? an cum unus petit, et prætor permisit, omnibus creditoribus aditus sit? Et commodius dicitur, cum prætor miserit, non tam personæ solius potentis, quàm creditoribus et in rem permissum videri. Quod et Labeo putat. Nec videtur libera persona acquirere alii: quia nec sibi quicquam acquirit, cui prætor permittit, sed aliquid ex ordine facit: et ideò cæteris quoque prodest. Planè si is postu'averit, qui creditor non est: minime dicendum est, vel eum qui creditor est, possidere posse: quia nihil egit talis postulatio. Aliter atque si creditor, cui permissum est possidere, postea recepit debitum suum: cæteri enim

autant que si les fruits eussent été affermés ou vendus, il n'y a rien à lui imputer. Néanmoins il n'est responsable que pour le temps où il a été en possession par lui-même, ou un autre par son ordre, et jusqu'à ce qu'il ait quitté la possession. Car on ne fait point un crime au créancier de n'être pas entré en possession, ou de s'en être retiré, puisque c'est son affaire, et que cela dépend absolument de sa volonté. L'estimation se fait à raison de l'intérêt qu'a celui qui intente l'action.

7. Ces actions n'ont pas de temps limité, et elles ont lieu pour et contre les héritiers et autres successeurs.

8. Si on soutient que la possession de la chose saisie a été détériorée par la mauvaise foi du saisissant, il y aura contre lui l'action de la mauvaise foi. Cette action ne pourra pas être intentée après l'année ni contre les héritiers et autres successeurs du saisissant, parce qu'elle descend d'un délit et qu'elle est pénale;

10. *Paul au liv. 59 sur l'Edit.*

A moins que l'héritier ou autre successeur ne tire du profit de la mauvaise foi du saisissant, auquel cas l'action aura lieu contre lui jusqu'à concurrence du profit qu'il tire.

11. *Ulpien au liv. 62 sur l'Edit.*

Mais cette action passera à l'héritier de la partie saisie, parce qu'elle a aussi pour objet la poursuite d'une chose.

12. *Paul au liv. 59 sur l'Edit.*

On demande si lorsqu'un créancier présente sa requête pour être admis à saisir les biens de son débiteur, il n'y a que ce créancier qui possède, ou si la permission accordée par le prêteur à ce créancier donne entrée aux autres? Il est plus convenable de décider que quand le prêteur envoie un créancier en possession, il n'a point égard à la seule personne du créancier qui lui a demandé la permission de saisir, mais à tous les créanciers: en sorte que cette permission est attachée à la chose. C'est aussi le sentiment de Labéon. On ne peut pas dire qu'en ce cas on acquiert par le ministère d'une personne libre, parce que le créancier qui obtient du prêteur la permission de saisir n'acquiert rien même pour lui, mais il met sa créance en règle: ce qui

fait que les autres créanciers en profitent. Si la permission avoit été accordée à quelqu'un qui n'étoit pas créancier, on ne pourroit pas dire qu'un véritable créancier en profiteroit; parce que cette permission est sans effet. Le cas seroit différent si le créancier qui a obtenu cette permission avoit reçu depuis ce qui lui étoit dû : car les autres créanciers pourroient toujours poursuivre la vente.

1. Celui qui est envoyé en possession des biens ne peut saisir que les effets situés dans le lieu où s'étend la juridiction du juge.

2. Si la chose n'est pas par sa nature susceptible d'être possédée, par exemple s'il s'agit d'un fonds qui soit inondé ou dont on ne puisse pas approcher à cause des brigands qui en défendent l'entrée, on peut dire qu'il n'y a rien à saisir ni à posséder.

13. *Gaius au liv. 23 sur l'Edit provincial.*

Le créancier envoyé en possession est censé posséder, quoiqu'il ne soit pas réellement en possession, soit parce qu'il n'y a pas de biens à posséder, soit parce qu'on ne peut pas les posséder sans difficulté.

14. *Paul au liv. 59 sur l'Edit.*

Lorsque les biens d'un débiteur sont saisis par son créancier, on doit y établir un curateur qui poursuive les actions appartenantes au débiteur, qui pourroient périr par le temps.

1. On a action contre le créancier envoyé en possession jusqu'à concurrence de ce qu'il a touché des biens du débiteur. S'il n'en a encore rien touché, il doit céder ses actions. L'action qu'on intente contre lui est une action expositive du fait, et il doit rendre tout ce à quoi il seroit tenu par l'action *negotiorum gestorum*, si cette action pouvoit être intentée dans l'espèce dont s'agit ici.

15. *Ulpian au liv. 62 sur l'Edit.*

Lorsque plusieurs créanciers sont envoyés en possession des biens d'un débiteur, on doit charger un d'entre eux, qui sera choisi par la plus grande partie, du soin de ses registres, afin qu'ils ne soient point altérés. Je crois même que les créanciers doivent tenir une note des papiers qui se trouvent chez le débiteur, non qu'ils doivent les copier en entier, mais en faire une espèce d'inventaire, pour en fixer le nombre et les

poterunt peragere bonorum venditionem-

§. 1. Is qui possidere jubetur, eo loco jussus videtur, cujus cura ad jubendum pertinet.

De loco.

§. 2. Si propter naturam rei, veluti si prædium inundatum sit, aut propter latronum potentiam, non potest possideri: rectè dicitur non esse quod possideatur.

Si possideri non possit.

13. *Gaius lib. 23 ad Edictum provinciale.*

Quamvis possessa non sint bona: quia fortè nihil fuerit quod possideatur, aut sine controversia non possideatur: creditor qui in possessionem missus est, perinde habetur, ac si etiam possessa bona faissent.

14. *Paulus lib. 59 ad Edictum.*

Creditorum in possessionem rerum debitoris misso, curator constitui debet, si quædam actiones periturae sunt.

Si actiones periturae sunt.

§. 1. Datur in creditorem actio, qui in possessionem missus est, de eo quod ex bonis debitoris ad eum pervenit. Si nondum sit aliquid consecutus, actiones suas præstabit. Datur autem in factum actio adversus eum: et omne quod in actionem negotiorum gestorum veniret, si posset agi, restituendum à creditore.

De eo quod restituendum est à creditore.

15. *Ulpianus lib. 62 ad Edictum.*

Cum plures creditores in possessionem rerum debitoris mittantur, nec corrumpantur rationes, uni hoc negotium à creditoribus esse dandum, quem major pars creditorum elegerit. Ego puto creditoribus instrumentorum etiam *ἀναγραφὴν*, id est, *descriptionem*, facere, non ut describant ipsa corpora instrumentorum, sed quot sint, de qua re sint, subnotent sibi, et quasi inventarium faciant: quod etiam

De instrumentorum descriptione, recognitione, disputatione.

universorum facere eis erit permittendum. Præterea nonnunquam prætor causa cognita, etiam describere aliquid ex instrumentis creditoribus debet permittere, si qua idonea causa interveniat.

§. 1. Utrum semel, an etiam sæpiùs recognitio, disunctio concedenda sit creditoribus videamus? Et ait Labeo, ampliùs quàm semel non esse concedendam. Si quis tamen, inquit, juraverit non calumniæ causa se postulare, neque habere quæ dispunxerit, iterum ei faciendam potestatem ait, nec ampliùs quàm bis.

TITULUS VI.

DE PRIVILEGIIS CREDITORUM.

1. vel 16. *Gaius l. 24 ad Edict. provinciale.*

Quis præferatur in emptione bonorum debitoris, ejusve bonis emendis.

CUM bona veneunt debitoris, in comparisonem extranei, et ejus qui creditor cognatusve sit, potior habetur creditor cognatusve. Magis tamen creditor, quàm cognatus, et inter creditores potior is cui major pecunia debetur.

2. vel 17. *Ulpianus lib. 63 ad Edictum.*

De privilegio funerariæ et dotis.

Quæsitum est, utrum ita demum privilegium habet funeraria, si is cujus bona veneunt, funeratus sit: an etiam si proponas alium esse funeratum? Et hoc jure utimur, ut quicumque sit funeratus (id est, sive is cujus de bonis agitur, sive quid is debuit quod reddere eum, si viveret, funeraria actione cogi oporteret), privilegio locus sit. Parvique referre dicamus, qua actione hic sumptus repetatur, funeraria, an familiæ eriscundæ, an qua alia, dummodò sumptus funeris causa factus sit. Quacunque igitur actione ob funeris sumptum ulatur, etiam funerariam ei competere. Quare si in stipulatum funeris impensa deducta est, dicendum est locum esse privilegio, si modò quis non abjiciendi privilegii causa stipulatus est.

objets : ce qui leur sera permis de faire par rapport à tous les autres effets. D'ailleurs le prêteur peut permettre aux créanciers, en connoissance de cause, de tirer en certains cas des extraits des pièces, s'ils ont quelque juste raison de le demander.

1. On demande si on doit accorder aux créanciers une fois seulement, ou plusieurs fois, la faculté d'examiner et de discuter les papiers du débiteur? Labéon pense qu'on ne doit accorder cette faculté qu'une fois. Il ajoute cependant que si un créancier affirme par serment que ce n'est pas dans un esprit de chicane qu'il demande à revoir ces pièces, et qu'il ne trouve plus entre ses mains l'extrait qu'il en avoit fait, on doit lui permettre de les examiner une seconde fois, sans qu'on puisse lui accorder un troisième examen.

TITRE VI.

DES PRIVILEGES DES CRÉANCIERS.

1. ou 16. *Gaius au l. 24 sur l'Édit provincial.*

DANS la licitation des biens du débiteur, on adjuge les biens à un créancier qui est parent par préférence à un créancier qui ne l'est pas. La préférence seroit pourtant accordée à un créancier sur quelqu'un qui seroit parent sans être créancier. Et entre plusieurs créanciers qui tous sont ou ne sont pas parens du débiteur, la préférence appartient à celui à qui il est dû une plus grosse somme.

2. ou 17. *Ulpien au liv. 63 sur l'Édit.*

On a demandé si les frais funéraires n'étoient privilégiés que dans le cas où ils auroient été faits pour la sépulture de celui même dont les biens sont à vendre, ou s'ils étoient également privilégiés dans le cas où ils auroient été faits pour la sépulture d'un autre? Notre usage est de regarder ces frais comme privilégiés pour quelque personne qu'ils aient été faits, soit pour celui dont les biens sont en vente, soit en son acquit pour un autre à qui il devoit la sépulture, à raison de laquelle il pourroit lui-même, s'il vivoit encore, être attaqué en justice par l'action funéraire. Nous ajoutons qu'il est indifférent dans cette question d'examiner par quelle action on redemande ces frais, soit par l'action funéraire, soit par l'action en partage de succession, soit par toute autre action, pourvu

que les frais soient véritablement funéraires.

1. Une fiancée a donné une dot ; le mariage ne s'est pas fait ; quoiqu'elle redemande sa dot par une action personnelle, appelée condition, cependant il est juste qu'elle soit préférée aux autres créanciers, malgré que le mariage n'ait point eu lieu. Je pense qu'il faudroit décider la même chose dans le cas où une fille auroit été épousée avant l'âge de douze ans, quoique son mariage ne soit pas encore valable avant cet âge.

3. ou 18. *Paul au liv. 60 sur l'Édit.*

Parce qu'il est de l'intérêt public que cette fille retire en entier ce qu'elle a donné en dot, afin qu'elle puisse trouver à se marier quand l'âge le lui permettra.

4. ou 19. *Ulpien au liv. 71 sur l'Édit.*

Nous donnerons même en ce cas à la femme la préférence sur les autres créanciers.

1. Si quelqu'un a fait fonction de tuteur sans en avoir la qualité, la créance qu'on aura à cette occasion contre lui sera privilégiée. Il est indifférent que ce soit celui même qui a fait fonction de tuteur qui soit débiteur, ou ses héritiers ou autres successeurs. Mais il n'y a que le pupille qui puisse faire valoir ce privilège, ses héritiers n'ont pas la même faculté. Il est aussi très-juste que les autres à qui on donne des curateurs à raison de la foiblesse de l'âge, ou parce qu'ils sont interdits,

5. ou 20. *Paul au liv. 90 sur l'Édit.*

Ou parce qu'ils sont sourds, muets,

6. ou 21. *Gaius au liv. 14 sur l'Édit provincial.*

Ou en démence,

7. ou 22. *Ulpien au liv. 55 sur l'Édit.*

Aient le même privilège.

1. Mais ce privilège n'auroit pas lieu dans le cas où on auroit établi un curateur aux biens d'un absent, d'un prisonnier de guerre, d'une succession, pendant que l'héritier délibère : car les mêmes raisons n'ont pas lieu.

8. ou 23. *Paul au liv. 60 sur l'Édit.*

Si quelqu'un a fait par amitié les affaires d'un pupille, on doit conserver au pupille le privilège dans la vente que les créanciers feront faire de ses biens. C'est ainsi que je l'ai entendu décider aux anciens.

9. ou 24. *Ulpien au liv. 63 sur l'Édit.*

Si on a donné un curateur à un enfant dans le sein de sa mère, et que cet enfant ne soit pas venu au monde, le privilège n'aura point lieu.

§. 1. Si sponsa dedit dotem, et nuptiis renuntiatum est : tametsi ipsa dotem condidit, tamen æquum est hanc ad privilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum est. Idem puto dicendum, etiamsi minor duodecim annis in domum quasi uxor deducta sit, licet nondum uxor sit.

3. vel 18. *Paulus lib. 60 ad Edictum.*

Interest enim reipublicæ et hanc solidum consequi, ut ætate permittente nubere possit.

4. vel 19. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

Dabimusque ex his causis ipsi mulieri privilegium.

§. 1. Si quis, cum tutor non esset, pro tutore negotia gessit, privilegio locum esse manifestum est. Nec interest, ipse debeat qui gessit, sive heres ejus, cæterique successores. Ipse autem pupillus habet privilegium, sed ejus successores non habent. Sed æquissimum erit, cæteris quoque, quibus curatores quasi debilibus vel prodigis dantur,

De tutore vel curatore, et de privilegiis pupillorum, adultorum et similibus successorum adversus tutores, curatores et similes.

5. vel 20. *Paulus lib. 90 ad Edictum.*

Vel surdo, muto,

6. vel 21. *Gaius l. 14 ad Edict. provinciale.*

Vel fatuo,

7. vel 22. *Ulpianus lib. 55 ad Edictum.*

Idem privilegium competere.

§. 1. Sed si bonis curator datus sit vel absentis, vel ab hostibus capti, vel dum deliberant scripti heredes de adeunda hereditate, non oportebit privilegium dari : non enim in eadem causa est.

De curatore bonis dato.

8. vel 23. *Paulus lib. 60 ad Edictum.*

Si negotium impuberis aliquis ex officio amicitiae gesserit, debet bonis ejus venditis privilegium pupillo conservari. Et ita accipi.

De eo qui negotium impuberis gessit.

9. vel 24. *Ulpianus lib. 63 ad Edictum.*

Si ventri curator datus sit, nec partus eductus, privilegium cessabit.

De curatore ventri dato.

De credito ob restitutionem ædificiorum, et de privilegio creditoris qui ad rem restituendam, aut redemptori domino mandante credidit.

§. 1. Divus Marcus ita edixit: *Creditor qui ob restitutionem ædificiorum crediderit, in pecunia quæ credita erit, privilegium exigendi habebit. Quod ad eum quoque pertinet, qui redemptori domino mandante pecuniam subministravit.*

De mensulariis.

§. 2. In bonis mensularii vendundis, post privilegia potiorum eorum causam esse placuit, qui pecunias apud mensam fidem publicam secuti deposuerunt. Sed enim qui depositis nummis usuras à mensulariis acceperunt, à cæteris creditoribus non separantur. Et merito: aliud est enim credere, aliud deponere. Si tamen nummi extent, vindicari eos posse puto à depositariis: et futurum eum qui vindicat, ante privilegia.

De his quorum pecunia ad creditores privilegarios pervenit.

§. 3. Eorum ratio prior est creditorum, quorum pecunia ad creditores privilegarios pervenit. Pervenisse autem quemadmodum accipimus? Utrum si statim profecta est ab inferioribus ad privilegarios? An verò et si per debitoris personam, hoc est, si ante ei numerata sit, et sic debitoris facta, creditori privilegario numerata est? Quod quidem potest benignè dici: si modò non post aliquod intervallum id factum sit.

10. vel 25. *Idem lib. 73 ad Edictum.*

De contractu in fraudem creditorum.

Ait prætor: *Quod postea contractum erit, quam is cujus bona venierint, consilium receperit fraudare, sciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur.*

11. vel 26. *Paulus lib. 16 brevis Edicti.*

De credito in navem extruendam vel instruendam, vel emendam, vel emendam.

Qui in navem extruendam vel instruendam credidit, vel etiam emendam, privilegium habet.

12. vel 27. *Ulpianus l. 1 de Officio consulis.*

De eo qui fideicommissi servandi causa in possessionem misus est.

Si magistratus fideicommissi servandi causa in possessionem miserint, dare arbitrum possunt ad ea distrahenda, quæ mora deteriora futura sunt: ita ut pretium ex his redactum apud fideicommissarium

1. Il y a un édit de l'empereur Marc, conçu en ces termes: « Un créancier qui aura prêté ses deniers pour les réparations d'un édifice sera préféré aux autres créanciers pour la somme qu'il aura prêtée ». Cette disposition doit s'étendre à celui qui par le mandat du propriétaire a fourni de l'argent au maçon.

2. Dans la vente des biens d'un banquier, après les privilégiés viennent ceux qui ont suivi la foi publique en déposant leur argent à la banque; mais ceux qui en plaçant leur argent chez un banquier ont tiré de lui des intérêts sont dans la classe des créanciers ordinaires. Et avec raison: car prêter est autre chose que déposer. Si cependant les deniers existoient en nature, je pense que celui qui les a déposés pourroit les revendiquer, et alors il passeroit même avant les créanciers privilégiés.

3. La préférence est accordée aux créanciers qui ont prêté de l'argent pour satisfaire des créanciers privilégiés. Mais comment l'argent est-il réputé prêté à cet effet? Est-ce quand il passe tout de suite des mains du prêteur dans celles du créancier privilégié, ou dans le cas où cet argent auroit passé d'abord dans les mains du débiteur, et auroit été par lui payé au créancier privilégié? On peut, en s'écartant de la rigueur du droit, comprendre aussi ce second cas, pourvu qu'il n'y ait pas eu un grand intervalle entre le prêt fait au débiteur, et le paiement fait au créancier privilégié.

10. ou 25. *Le même au liv. 73 sur l'Édit.*

L'édit du prêteur porte: « Les obligations qui auront été contractées après que le débiteur dont les biens doivent être vendus aura commencé à avoir l'intention de frauder ses créanciers, ne produiront pas d'action ».

11. ou 26. *Paul au liv. 16 du petit Édit.*

Le créancier qui a prêté de l'argent pour être employé à la construction, à l'équipement ou même à l'achat d'un vaisseau est privilégié.

12. ou 27. *Ulpien l. 1 des Fonctions du consul.*

Les magistrats qui ont envoyé un fideicommissaire en possession des biens d'une succession pour la sûreté de son fideicommissis, peuvent nommer un commissaire pour vendre les effets que le temps pourroit détériorer;

riorer ; de manière que le prix qui en proviendra sera remis au fidéicommissaire à titre de dépôt jusqu'à ce que le fidéicommis qui lui est dû soit constant.

13. ou 28. *Javolenus au liv. 1 des Lettres.*

Un père de famille a substitué à son fils impubère un héritier dans le cas où il décéderoit avant l'âge de puberté. Le fils de famille a renoncé à la succession de son père ; en conséquence les créanciers ont fait vendre les biens de la succession. Depuis il est échu une succession à ce fils, il l'a acceptée, et il est mort. Cette espèce a donné lieu à la question suivante : Il est certain que le prêteur n'accorderoit point d'action aux créanciers du père contre le pupille, quoiqu'il ait été depuis appelé à une succession, mais accordera-t-il cette action aux créanciers du père contre l'héritier appelé à la substitution, lui qui n'acquiert rien des biens du père, qui appartiennent aux créanciers qui les ont fait saisir : ajoutez que les créanciers du père n'ont eu aucun droit dans les biens du pupille, qu'ils n'ont eu par conséquent aucun intérêt à ce que la succession du pupille fût ou ne fût pas acceptée, puisque les biens que le substitué a trouvés dans la succession du fils qu'il a acceptée n'appartenoient point aux créanciers du père ? Ce qui m'embarrasse dans cette question, c'est que nous avons appris de nos maîtres que dans le cas de la substitution pupillaire il n'y a pas deux testaments, mais un seul. On a répondu : Le bénéfice que le prêteur accorde au fils qui a renoncé à la succession de son père, de ne pouvoir pas, après la vente des biens du père, être actionné par les créanciers de son père, quoiqu'il lui soit échu depuis une succession, ce bénéfice ne doit point être étendu à l'héritier que le père a substitué à son fils : on a voulu ménager l'honneur du fils en faisant vendre les biens du père, et non les siens. Ainsi les créanciers ne peuvent point exercer d'action contre le fils à raison des biens qui lui sont venus depuis, parce que ce sont des biens adventifs, et que le fils ne tient pas de son père. Mais lorsque celui qui est substitué au fils accepte la succession après que le pupille s'est immiscé dans les biens de son père, la succession du père et du fils est la même, et cet héritier se

Tomc VI.

sarium in causa depositi sit, donec de fideicommisso quod ei debetur, constet.

13. vel 28. *Javolenus lib. 1 Epistolarum.*

Paterfamilias impuberi filio, si ante pubertatem decessisset, substituit heredem. Is filius paterna hereditate se abstulit, ideòque bona patris venierunt. Postea filio hereditas obvenit : qua adita decessit. Quæro, cum prætor in ipsum pupillum, quamvis postea hereditas obvenisset, creditoribus tamen patris actionem non daret : an in substitutum creditoribus patris danda sit actio : cum ex bonis paternis, quæ scilicet ad creditores missos ad bona pertinent, nihil adquirat : et cum creditores nihil juris in bonis pupilli habuerint, eorumque nihil interfuerit, adiretur, necne pupilli hereditas : cum ea bona admissa à substituto hereditate, ad creditores non pertinebant ? Me illud maximè movet, quòd præceptoribus tuis placet, unum esse testamentum. Respondit : Quod prætor filio qui à paterna hereditate se abstinet, præstat, ne bonis patris ejus venditis, in eum actio detur, tametsi postea ei hereditas obvenit, creditoribus non reddat : idem in substituto filio herede servandum non est : quoniam filii pudori parcitur, ut potius patris quàm ejus bona veneant. Itaque in id quod postea ei obvenit, actio creditoribus denegatur : quia id ex adventitio acquisitum est, non per patrem ad eum pervenit. At cum substitutus filio hereditatem adiit, postquam pupillus se paternæ miscuerit hereditati, tunc hereditas et patris et filii una est : et in omni ære alieno, quod aut patris aut filii fuerit, etiam invitus heres obligatur : et quemadmodum liberum ei non est post obligationem, ut non omnimodò, si non defenditur, ipsius bona veneant : ita ne separare quidem æs alienum patris et filii poterit : quo casu efficietur, ut creditoribus in eum actio dari debeat. Quòd si substitutus heres hereditatem non adierit, creditoribus patris in id quod pupillus reliquit, actio dari non debet : quoniam neque pupilli bona venire debent propter æs alienum patris, neque in bonis patris est quod pupillus adquisivit.

De pupillari substitutione.

trouve obligé à payer toutes les dettes tant du chef du père, que du chef du fils ; et comme il ne peut pas empêcher qu'après avoir contracté une obligation, ses biens ne soient absolument vendus s'il ne satisfait pas ses créanciers, de même on ne lui permet pas de séparer les dettes du père d'avec celles du fils. Ainsi en ce cas les créanciers du père auront action contre lui. Si cet héritier substitué n'accepte pas la succession qui lui est déferée, les créanciers du père ne pourront point exercer leur action sur ce que le fils aura laissé ; parce que les biens du pupille ne doivent pas être vendus pour acquitter les dettes du père, et que ce que le pupille a acquis ne faisoit pas partie des biens du père.

14. ou 29. *Paul au liv. 5 sur la Loi Julia et Papia.*

Aufidius rapporte que les statues qui ont été placées en public pour honorer les services d'un homme, n'appartiendroient pas à l'adjudicataire de ses biens dans le cas où ses créanciers les feroient vendre ; mais qu'elles deviendroient publiques si on les avoit placées pour l'ornement de la ville, ou qu'elles resteroient à celui en l'honneur duquel elles ont été placées, sans qu'en aucun cas elles puissent être déplacées.

15. ou 30. *Papirius-Justus au liv. 1 des Constitutions.*

Les empereurs Antonin et Vêrus ont décidé dans un rescrit, que ceux qui prétendoient que leurs biens avoient été illégalement vendus, pouvoient se pourvoir par action, et qu'ils avoient tort de s'adresser au prince pour obtenir des lettres de rescision de la vente.

16. ou 31. *Ulpian au liv. 2 de tous les Tribunaux.*

Si les créanciers d'un défunt regardent son héritier comme suspect, ils peuvent exiger de lui une caution pour s'assurer qu'il leur paiera leurs créances. C'est ce qui doit être décidé par le préteur en connoissance de cause. Il ne doit pas soumettre légèrement l'héritier à la nécessité de donner caution ; il ne le fait que quand il voit en connoissance de cause qu'on doit veiller aux intérêts des créanciers qui regardent l'héritier comme suspect.

1. Le mot suspect, à l'égard de l'héritier

14. vel 29. *Paulus lib. 5 ad Legem Juliam et Papiam.*

De statu's in publico positis.

Aufidius refert statuas in publico positas bonis distractis ejus cujus in honorem positæ sunt, non esse emptoris honorum ejus : sed aut publicas, si ornandi municipii causa positæ sint : aut ejus cujus in honorem positæ sint : et nullo modo eas detrahi posse.

15. vel 30. *Papirius Justus lib. 1 de Constitutionibus.*

Si bona negentur jure venisse.

Imperatores Antoninus et Verus Augusti rescripserunt, eos qui bona sua negant jure venisse præjudicio experiri debere, et frustra principem desiderare rescindi venditionem.

16. vel 31. *Ulpianus lib. 2 de omnibus Tribunalibus.*

Si heres suspectus esse dicatur.

Si creditores heredem suspectum putent, satisfactionem exigere possunt pro suo debito reddendo : cujus rei gratia cognoscere prætorem oportet. Nec statim eum satisfactionis necessitati subicere debet : nisi causa cognita constiterit prospici debere his qui suspectum eum postulaverunt.

§. 1. Sed suspectus heres non iisdem

dont il s'agit, ne se prend pas dans le même sens que lorsqu'on l'applique à un tuteur : car ce qui rend un tuteur suspect, ce n'est pas le défaut de fortune, c'est le défaut de soin, ou même une conduite frauduleuse dans les affaires du pupille ; au lieu qu'un héritier est suspect par le seul défaut de fortune.

2. Les créanciers ne pourront accuser un héritier comme suspect que dans les premiers temps de l'acceptation de la succession. Car si on prouve qu'ils ont laissé longtemps l'héritier dans les biens de la succession, et qu'ils n'aient aucun reproche à lui faire sur la manière dont il s'y conduit, le prêteur ne forcera pas cet héritier après un temps considérable à donner caution.

3. Si l'héritier à qui le prêteur a ordonné de donner caution, parce qu'il étoit regardé comme suspect, refuse de satisfaire au jugement, le prêteur, conformément à son édit, permettra de saisir et vendre les effets de la succession.

4. Mais s'il prouve qu'il n'a rien aliéné des biens de la succession, et qu'on n'ait aucun juste reproche à lui faire autre que sa pauvreté, le prêteur se contentera de lui défendre de rien diminuer de la succession.

5. Si les créanciers ne parviennent pas même à prouver que cet héritier est dans la pauvreté, il aura contre eux une action en réparation d'injure.

17. ou 32. *Paul au liv. unique des Réponses.*

Les privilèges des créanciers ne s'estiment pas par le temps, mais par le titre de créance, et si plusieurs créanciers ont le même titre, ils concourent, quoique leurs créances aient une date différente.

18. ou 33. *Ulpian au liv. 3 des Règles.*

Si le pupille, actionné pour l'exécution d'un contrat qu'il a passé, n'est point défendu en justice, et que par cette raison les créanciers aient fait saisir ses biens, on doit prélever sur ces biens ce qui est nécessaire pour la subsistance du pupille.

1. Comme il est permis de défendre un débiteur avant que le créancier soit envoyé en possession de ses biens, il peut aussi être défendu après la saisie, soit par lui-même, soit par un autre qui se charge de le défendre, mais alors il doit donner caution ;

modis quibus suspectus tutor æstimatur : si quidem tutorem non facultates, sed fraudulenta in rebus pupillaribus, sed callida conversatio suspectum commendet : heredem verò solæ facultates.

§. 2. Planè in recenti aditæ hereditatis audiendi erunt, qui suspectum postulant. Cæterùm si probentur passi eum in hereditate morari, nec quicquam possint obijcere criminis, quasi dolosè versato eo, non debet post multum temporis ad hanc necessitatem compelli.

§. 3. Quòd si quasi suspectus satisfacere jussus, decreto prætoris non obtemperaverit, tunc bona hereditatis possidere, venumque dari ex edicto suo permittere jubebit.

§. 4. Planè si doceatur nihil ex bonis alienasse, nec si quod ei justè præter paupertatem objiciatur, contentus esse prætor debet, ut jubeat eum nihil minuire.

§. 5. Quòd si nec inopia laborantem eum creditores ostendere poterint, injuriarum actione ei tenebuntur.

17. vel 32. *Paulus l. singul. Responsorum.*

Privilegia non ex tempore æstimantur, sed ex causa: et si ejusdem tituli fuerint, concurrunt, licet diversitates temporis in his fuerint.

De privilegiis creditorum.

18. vel 33. *Ulpianus lib. 3 Regularum.*

Si pupillus ex contractu suo non defendatur, ideoque bona ejus creditores possidere cœperint, diminutio ex his bonis fieri debet vescendi pupilli causa.

De alendo debitore.

§. 1. Defendere debitorem sicut antequam bona ejus possiderentur, licet: ita post bonorum quoque possessionem ejus, sive ipse sui, sive alius defensionem ejus suscipiat, debet satisfacere: ut satisfatione interposita judicium accipiatur, et à pos-

Si debitor defendatur, aut satisfadatur.

sessione discedatur.

19. vel 34. *Marcianus lib. 5 Regularum.*

De eo qui in navem fabricandam, vel emendam, vel instruendam, vel quoquo modo credidit; et de eo qui navem vendidit.

Quod quis navis fabricandæ, vel emendæ, vel armandæ, vel instruendæ causa, vel quoquo modo crediderit, vel ob naturam venditam petat, habet privilegium post fiscum.

20. vel 35. *Idem lib. singulari ad Formulam hypothecariam.*

De absente rei-publicæ causa.

Eum qui in possessionem missus sit ejus qui reipublicæ causa abfuit, si apparuerit eum dolo malo reipublicæ causa abesse, jure in possessione esse placet, donec solidum solvatur. Eum autem qui rerum ejus qui sine dolo malo reipublicæ causa abfuit, in possessionem missus sit, pignus non contrahere: et ideò discedere oportere de possessione.

21. vel 36. *Ulpianus lib. 45 ad Sabinum.*

De latitatione.

Eum qui circa columnas se occultat, ut creditorem evitet, latitare placet. Nam et eum qui recedit, hoc est, qui subterfugit, ne secum aliqua actio moveatur, latitare placet. Tam et qui urbe profugit, utique fraudandi causa: nec enim interest, quod attinet ad latitandum, utrum quis profugerit, an verò Romæ agens copiam sui non facit.

22. vel 37. *Papinianus l. 10 Responsorum.*

De lege Antiochena.

Antiochensium Coelæsyriæ civitati, quod lege sua privilegium in bonis defuncti debitoris accepit, jus persequendi pignoris durare constitit.

23. vel 38. *Paulus lib. 1 Sententiarum.*

De concubina et liberis naturalibus.

Bonis venditis excipiuntur concubina et liberi naturales.

De republica.

§. 1. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur.

24. vel 39. *Idem lib. 5 Sententiarum.*

De alendo debitor.

Pupillus si non defendatur, in posses-

l'instance ne commencera qu'après cette caution donnée, et on donnera main-levée de la saisie.

19. ou 34. *Marcien au liv. 5 des Règles.*

Tout créancier est privilégié après le fisc, quand il demande une somme qu'il a fournie pour la construction, l'achat, l'armement ou l'équipage d'un vaisseau; aussi bien que s'il demande le prix d'un vaisseau qu'il a vendu.

20. ou 35. *Le même au liv. unique sur la Formule hypothécaire.*

Il est certain que celui qui est envoyé en possession des biens d'un débiteur qui s'est absenté pour le service de la république est légitimement en possession jusqu'à ce qu'il soit entièrement satisfait, s'il est prouvé que ce débiteur s'est absenté frauduleusement sous le prétexte du service de la république. Mais si le débiteur est véritablement absent pour le service de la république, la saisie de ses biens, faite par son créancier, est nulle, et ne lui donne point droit de gage; ainsi il doit en donner main-levée.

21. ou 36. *Ulpien au liv. 45 sur Sabin.*

Il est certain qu'un débiteur qui se cache derrière les piliers pour éviter d'être ajourné par son créancier est regardé comme se cachant. Il en est de même de celui qui se retire, c'est-à-dire qui s'esquive pour qu'on ne puisse pas intenter une certaine action contre lui; aussi bien que d'un débiteur qui sort de la ville dans l'esprit de frauder ses créanciers: car il n'y a pas de différence entre un débiteur qui sort de la ville et celui qui y reste pour s'y cacher.

22. ou 37. *Papinien au liv. 10 des Réponses.*

Il a été décidé que la ville d'Antioche de Syrie avoit conservé le privilège qu'elle a reçu de sa loi particulière, d'avoir un droit de gage et de suite sur les biens de ses débiteurs lorsqu'ils viennent à décéder.

23. ou 38. *Paul au liv. 1 des Sentences.*

On ne vend point avec les autres biens d'un débiteur sa concubine et ses enfans naturels.

1. Une république est préférée pour ses créances à tout autre créancier chirographaire.

24. ou 39. *Le même au liv. 5 des Sentences.*

Si un pupille n'est point défendu contre

une action intentée contre lui, ses créanciers sont envoyés en possession de ses biens, mais on doit prélever sur ces mêmes biens ce qui est nécessaire pour fournir des aliments au pupille jusqu'à ce qu'il ait atteint l'âge de puberté.

1. On ne peut pas faire vendre les biens d'un débiteur qui a été fait prisonnier par les ennemis jusqu'à son retour.

TITRE VII.

DES SÉPARATIONS DES BIENS
D'UNE SUCCESSION.

1. *Ulpien au liv. 64 sur l'Edit.*

IL faut remarquer qu'on parvient ordinairement à faire distinguer les créances en obtenant un jugement du préteur.

1. On est dans l'usage d'accorder aux créanciers la distinction des créances pour les causes suivantes : par exemple un créancier avoit pour débiteur Séius ; Séius est mort, il laisse pour héritier Titius ; ce Titius étant insolvable vis-à-vis de ses créanciers particuliers, on met les biens en vente. Les créanciers du défunt Séius disent qu'ils s'en tiennent à ses biens pour être payés de leurs créances, et que les créanciers de Titius doivent également se venger sur les seuls biens de Titius. En sorte qu'on doit procéder comme s'il y avoit deux ventes des biens de deux débiteurs différens. Car il peut arriver que Séius soit mort solvable et ait laissé suffisamment de quoi payer ses créanciers particuliers, sinon en totalité, au moins en partie. Or si on admet ensemble confusément les créanciers de Séius et de Titius, les créanciers de Séius auront moins qu'ils n'auroient eu à cause de l'insolvabilité de Titius ; ils auront encore moins à raison de ce qu'ils sont en plus grand nombre. Il est donc très-juste qu'on admette les créanciers de Séius à demander la distinction des créances, et ils obtiendront du préteur la faculté de séparer les deux patrimoines, afin qu'on paye à chaque espèce de créanciers ce qui pourra leur revenir.

2. Mais il n'en seroit pas de même des créanciers particuliers de Titius, ils ne pourroient point obtenir la distinction de leurs créances d'avec celles des créanciers de Séius ;

sione creditoribus constitutis, minoribus ex his usque ad pubertatem alimenta præstanta sunt.

§. 1. Ejus qui ab hostibus captus est, bona venire non possunt, quandiù revertatur.

De captivo.

TITULUS VII.

DE SEPARATIONIBUS.

1. *Ulpianus lib. 64 ad Edictum.*

SCIENDUM est separationem solvere impetrari decreto prætoris.

De decreto.

§. 1. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis : utputà debitorem quis Seius habuit : hic decessit : heres ei extitit Titius : hic non est solvendo : patitur honorum venditionem. Creditores Seii dicunt bona Seii sufficere sibi : creditores Titii contentos esse debere bonis Titii : et sic quasi duorum fieri honorum venditionem. Fieri enim potest, ut Seius quidem solvendo fuerit, potueritque satis creditoribus suis vel ita semel, et si non in assem, in aliquid tamen satisfacere : admissis autem commixtisque creditoribus Titii, minus sint consecuturi, quia ille non est solvendo : aut minus consequantur, quia plures sunt. Hic est igitur æquisimum creditores Seii desiderantes separationem audiri, impetrareque à prætore, ut separatim quantum cujusque creditoribus præstetur.

De creditoribus hereditariis, vel heredis.

§. 2. Ex contrario autem creditores Titii non impetrabunt separationem : nam licet alicui adjiciendo sibi creditorem, creditoris sui facere deteriore conditione-

nem. At qui igitur adiit hereditatem debitoris mei, non faciet meam deterio-rem conditionem adeundo: quia licet mihi separationem impetrare. Suos verò creditores oneravit, dum adiit hereditatem quæ solvendo non est: nec potuerunt creditores ejus separationem impetrare.

De re obligata.

§. 3. Sciendum est autem, etiamsi obligata res esse proponatur ab herede jure pignoris vel hypothecæ, attamen si hereditaria fuit, jure separationis hypothecario creditori potiore esse eum, qui separationem impetravit. Et ita Severus et Antoninus rescripserunt.

De fisco. De municipibus.

§. 4. Sed etiam adversus fiscum et municipes impetraretur separatio.

De creditoribus heredis.

§. 5. Quæsitum est, an interdum etiam heredis creditores possunt separationem impetrare, si fortè ille in fraudem ipsorum adierit hereditatem? Sed nullum remedium est proditum: sibi enim imputent, qui cum tali contraxerunt, nisi si extra ordinem putamus prætorem adversus calliditatem ejus subvenire, qui talem fraudem commentus est. Quod non facilè admissum est.

De hereditate fideicommissa.

§. 6. Sed si quis suspectam hereditatem dicens, compulsus fuerit adire, et restituere hereditatem, deinde non sit cui restituat, ex quibus casibus solet hoc evenire: et ipsi quidem desideranti succurri sibi adversus creditores hereditarios, subveniemus. Hoc et divus Pius rescripsit, ut perinde testatoris bona venirent, atque si adita hereditas non fuisset. Creditoribus quoque hujusmodi heredis desiderantibus, hoc idem præstandum puto, licet ipse non desideravit: ut quasi separatio quædam præstetur.

car il est permis à un débiteur de rendre la condition de son créancier moins favorable en contractant de nouvelles dettes. Ainsi celui qui accepte la succession de mon débiteur ne peut pas par son acceptation détériorer ma condition, parce que je puis obtenir la distinction des créances. Mais en acceptant une succession qui est insolvable, il détériore la condition de ses créanciers particuliers, qui ne peuvent pas demander la distinction des créances.

5. Il faut observer que dans le cas même où un héritier auroit engagé un effet à titre de gage ou d'hypothèque, cependant si cet effet a fait partie de la succession, le créancier du défunt qui aura obtenu la distinction des créances sera préféré sur cet effet, même au créancier à qui il a été spécialement engagé par l'héritier. Les empereurs Sévère et Antonin l'ont ainsi décidé dans un rescrit.

4. On peut obtenir la distinction des créances contre toutes sortes de créanciers, même contre le fisc et les corps de ville.

5. On a demandé si les créanciers de l'héritier ne pouvoient pas au moins en certain cas demander la distinction des créances, par exemple s'ils prouvent que l'héritier a frauduleusement accepté la succession pour leur faire du tort? On n'a trouvé aucun moyen de la leur faire obtenir, parce qu'ils doivent s'imputer d'avoir contracté avec un homme d'aussi mauvaise foi; à moins qu'on ne dise que le préteur peut à l'extraordinaire annuler ce qui a été ainsi fait en fraude. Mais ce sentiment auroit de la peine à être admis.

6. Mais supposons le cas suivant: Un héritier qui vouloit renoncer à une succession qu'il croyoit plus onéreuse que profitable a été forcé par un fidéicommissaire de l'accepter pour la lui remettre à ses risques; ensuite il ne trouve plus de fidéicommissaire à qui il puisse la remettre (il y a des cas où cela peut arriver); il demande qu'on vienne à son secours contre les créanciers de la succession qui le poursuivent. Il est juste d'y venir. C'est ce qui est décidé dans un rescrit de l'empereur Antonin, qui veut que dans ce cas les biens du testateur soient vendus comme si sa succession n'eût pas été acceptée. Si cet héritier avoit lui-même des

créanciers qui formassent la même demande, on devroit leur accorder la même faveur, quoique l'héritier ne la demandât pas : en sorte qu'on feroit à leur égard une espèce de distinction des créances.

7. Examinons encore le cas suivant : Un fils impubère accepte la succession de son père ; il meurt avant l'âge de puberté. Celui qui lui est substitué, et qui a accepté sa succession a des créanciers particuliers qui font vendre ses biens. Les créanciers du père pourront-ils obtenir la distinction des créances ? Je pense qu'ils le peuvent. Je vais plus loin, je pense que cette faveur seroit également accordée aux créanciers particuliers de l'impubère.

8. D'après ce que nous venons de dire, que faudra-t-il décider dans l'espèce suivante : Primus a institué pour son héritier Secundus, ce même Secundus a institué pour son héritier Tertius ; les créanciers de Tertius font vendre ses biens. Quels créanciers pourront demander la distinction des créances ? Je pense que les créanciers de Primus doivent obtenir cette distinction contre les créanciers de Secundus et de Tertius. Les créanciers de Secundus pourront aussi l'obtenir contre les créanciers de Tertius, mais non pas contre les créanciers de Primus. En général, les créanciers du premier testateur peuvent obtenir la distinction des créances contre les créanciers de tous ceux qui ayant reçu ses biens auront eu depuis d'autres héritiers ; les créanciers d'un second testateur ne peuvent point obtenir cette distinction contre les créanciers du précédent, mais bien contre les créanciers du suivant.

9. Dans le cas où on procéderoit à la vente des biens d'un fils de famille qui avoit un pécule castrense, pourroit-on faire une distinction entre les créanciers de ce pécule et les autres ? On les admettra donc ensemble, en observant cependant que s'ils ont contracté avec lui avant qu'il pût avoir un pécule castrense, les créances devront être distinguées. Tel est mon avis. Ainsi ceux qui ont contracté avec le fils de famille avant qu'il pût avoir un pécule castrense, ne seront pas colloqués utilement avec les créanciers postérieurs si on vend les biens dépendans du pécule castrense. Par la même

§. 7. Item videamus, si quis heres parenti exlitterit, cum esset impubes : deinde intra pubertatem decesserit, et substituti bona veneant, qui impuberis hereditatem adiit : an patris creditores possint separationem impetrare ? Et puto posse. Hoc amplius puto etiam impuberis creditores posse separationem adversus creditores heredis ejus impetrare.

De pupillari substitutione.

§. 8. Secundum hæc videamus, si Primus Secundum heredem scripserit, Secundus Tertium, et Tertii bona veneant : qui creditores possint separationem impetrare ? Et pitem, si quidem Primi creditores petant, utique audiendos, et adversus Secundi, et adversus Tertii creditores. Si verò Secundi creditores petant, adversus Tertii utique eos impetrare posse, adversus Primi autem non posse. In summa, Primi quidem creditores adversus omnes impetrare possunt separationem : Secundi creditores adversus Primi non possunt, adversus Tertii possunt.

De creditoribus defuncti heredis proximi, et ejus qui heredi successit.

§. 9. Si filii familias bona veneant, qui castrense peculium habet : an separatio fiat inter castrenses creditores cæterosque videamus ? Simul ergo admittentur, dummodo si qui cum eo contraxerunt antequam militaret, fortasse debeant separari. Quod puto probandum. Ergo qui ante contraxerunt, si bona castrensia distrahantur, non possunt venire cum castrensibus creditoribus. Item si quid in rem patris versum est, forte poterit et creditori contradici, ne castrense peculium inquietet, cum possit potius cum patre experiri.

De creditoribus castrensibus et paganis.

De his qui nomen heredis secuti sunt.

